ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE

A-V
96 a

A-5
96 a

CHARTREUSE de GIDLE ou Gelde

Compassion-de-la-Vierge-Marie

(PROVINCE D'ALLEMAGNE SUPÉRIEURE)

Manuscrit du Ven. Père Dom Palémon BASTIN

+
I. M. 9.



Cartusia

Compassionis Beatæ Mariæ

in Gidle

1641. –

Domus Gidlensis. —

Origo et jura cartusiae Gidlensis. —

1641. — Littera primae fundationis et dotationis. —

Actum Petricoviae in Judiciis ordinariis generalibus Tribunalis Regni, fer. VI ante festum SS. Simonis et Judae Apostolorum proximae, A° Dni MDCXLI. Coram Judicio praesenti Ordinario Generali Tribunalis Regni Petricoviensis, Actisque Judicii ejusdem personaliter comparens Illustris et magnifica D. Susanna a Rzerębka, olim Illustris et magnifici D. Joannis Olski Succamerarii Regni consortis, relicta vidua, sana mente et corpore existens, foro competenti omisso et jurisdictione propria posthabita, praesentis vero Ordinarii Tribunalis Regni Petricoviensis Judicii in se, posteros ac bona sua quae ad actum hunc spectat, benevole assumpta jurisdictione, palam, libere ac per expressam, parendo legi de infrascriptis speciali prescripto sancitae, tacto pectore, sub fide, honore et conscientia, Deum testando, nec praesentem inscriptionem et fundationem de nova radice, de bonis infra-scriptis propriis, nullo recepto pretio, nullaque conditione inita, nec in contraventionem et fraudem legis, Juris que publici, sed ex puro zelo et liberalitate factam, recognovit; quia ipsa zelo pietatis ducta, ac in sac. Ordinem Cartusiensem S. P. Bruronis, S. Spiritu devotionis accensa, cupiendo augere et propagare cultum divinum, et pius suffragiis animae suae, et antecessorum familiae suae subvenire desiderans, villam Babie in Palatinatu Cracoviensi et Districtu Lelowiensi consistentem, dioec. Cracoviensis, suam propriam et hereditariam, integram, prout in suis metis et limitibus extenditur pro Ecclesia et monasterio fundando in eadem hereditate, in usum et habitationem PP. Cartusiensis Ordinis sub titulo Compassionis Gloriosissimae Deiparae V. Mae, ad laudem Omnipotentis Dei, Sae que et Individuae Trinitatis, in quo cultus divinus exercetur, et pro animâ peccatisque suis suorumque oratio ad Deum fundatur, et juxta regulam ejusdem Ordis Cartusi Divina peragantur, donat, fundat et inscribit. Eo quae Ecclesia, Conventu et monasterio in eadem villa fundando, et dote pro provisione VV. PP. et Fratrum Cartusianorum praenominata Illustris recognoscens suis cum successoribus villas et hereditates suas: Gidles cum jure Patronatus Ecclesiae parochialis, villa ejusdem Nieszulowa, Gorka, Skrzyliec,

Mezgorze, Ruda in Palatinatu Sradiensi et Districtu Radomsensi, tum praenominatam Babie, Lustawice, Babi-janice in Palatinatu Cracoviensi et districtu Lelowiensi sitas et jacentes, proprias et hereditarias, de nova radice fundatas, cum omni jure, dominio, proprietate, titulo que hereditario, atque omnibus privilegiis, munimentis et inscriptionibus nec non cum agris, pratis, campis, sylvis, bovis, gais, nemoribus, indaginibus, cubetis, vigultis, mericis, fluviis, fluviolis, flumineibus, torrentibus, aquarum decursibus, stagnis, piscinis, lacubus, piscationibus, tabernis, officinis, molendinis, cum que metretis, subditis, Kmetonibus, hortulanis, inquilinis, injuriis antiquis relinquendo, cum que laboribus, censibus, dationibus tum ordinariis et extraordinariis hyemalibus et aestivalibus, omnibus que et singulis bonorum eorumdem utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, attinentiis et pertinentiis ac commodis generaliter universis, nihil penitus prorsus, neque successoribus aut quopiam alio reservatis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, generi per speciem et e converso in nullo derogando, verum ita late et longe et circumferentialiter, prout eorumdem bonorum hereditas se, in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et protahit, et prout eadem bona ipsamet Illustris recognoscens tenuit, habuit et possedit, tenere que habere et possidere debuit, ac ipsam legitime spectabant et concernebant, jure et nunc et de facto, Ven.lis Joanni Udalrico Reppio Priori Cartusiae Paradisi B.mae V. M.ae ad praesens in Prussia existenti et ven. Philippo Bolman procuratori ejusdem Cart.ae ac successoribus eorum, in eodem Conventu seu monasterio in Babie hac fundatione erigendo, constituendis, et juxta regulam eorum legitime eligendis, totique Conventui eidem Cartus. inibidem existenti et futuro, dat, donat, inscribit, fundat et resignat, prout praesentibus dedit, donavit, inscripsit, fundavit et resignavit, nihil sibi et successoribus juris et dominii ad eadem bona reservando, seu excipiendo, dono perpetuo et irrevocabilis donationis.

Cujus pii beneficii gratos se eidem VV. PP. Cartusiani habitantes, praesentibus fundati, nunc et in futurum existentes cum toto suo conventu perpetuis temporibus pro eadem Illustri et magnifica Casanna a Przere, bona olim Illustris et Magnifici Joannis Oleski Succamerarii Regni consorte relicta, moderna recognoscente, Fundatrice sua quousque in vivis extiterit (quam Deus incolumem diutissime servet) quotidie

unam missam pro remissione peccatorum, post mortem vero ejus itidem unam missam pro animâ ejus offerre adstricti sunt. Singulis vero festis VI, pro animabus suffragiis carentibus sacrificium offerent, et qualibet septimana pro parentibus consanguineis defunctis ejusdem illustris Fundatricis suæ, sacrum celebrabunt. Ad quas conditiones V. Joannes Udalricus Roffino Prior Cartæ Paradisi gloriosissimæ V.ae M.ae personaliter coram Judicio præsenti hibernalitio Actis que Judicii ejusdem stans, libere nomine Ordinis ac conventus Fratrum consensit, hisque omnibus eosdem Fratres nos ad præsens fundatos, satisfacturos recessu suprascripto mediante, declarat.

Ea quæ quidem bona præsentibus donata, fundata et resignata, eadem illustris et magnifica recognoscens eidem ven.li Ordini Cartus.i et succedaneis ejus intromissionem realem et actualem pacificamque possessionem jam ex nunc coram Judicio præsenti hibernalitio Regni Petricoviensis admittit, et dum per ministerialem quemvis, nobilesque duos præsentibus deputatos ex parte communem PP. et FF. Cartusianorum affectabiliter, dare et libere admittere: datamque et admissam nullo modo per se, successores suos et alias quasvis submissas et subeundas personas procedere aut injuriari debebit, quin imo eosdem PP. Cartusienses et succedaneos eorum in iisdem bonis de nova radice pro fundatione et dotatione modo præmisso recognitis et fundatis, ab omnibus impedimentis quarumcumque personarum status, sexus et conditionis cujusvis existentium, a debitis simplicibus et inscriptionibus et ab inscriptionibus quibusvis priioribus et posterioribus datum, dotationum, reformationum adventitiatum, et aliis quibusvis inscriptionibus et oneribus ex re et occasione personarum quarumvis propinquarum et remotarum, ac aliarum quarumvis emergendis, eadem illustris et magnifica recognoscens suis cum successoribus, de bonis suis generaliter omnibus hæreditariis et obligatoriis, mobilibus et immobilibus, summisque pecuniariis nunc habitis et in posterum habendis, inscribit, se submittit et obligat, toties quoties opus fuerit, per omnes proscriptiones terrestres tueri, defendere, evincere, eliberare eidem nes eosdem PP. et FF. Cartusianos, bona vero suprascripta ad præsens per se pro fundatione donata et resignata, mundæ et libera reddere (exceptis censibus tum et decimis Ecclesiasticis de iisdem bonis quibusnunque Ecclesiasticis solvi debitis) a quibus modo ista illustris et magnifica recognoscens evincere non tenebitur, sed eosdem census VV. PP. Cartusienses solvere tenebuntur. Superquam exceptionem solutionis census ad decimarum suprascriptus V.

Joannes Udalricus Rossius coram Actis Judicii praesentis personaliter stans, benevole consensit. Quae omnia tam in parte quam in toto sub damnis terrestribus simplici verbo, absque quovis corporali juramento tangendis, praenominata Illustris et Magnifica Domina recognoscens suis cum successoribus, praenominatis PP. et Ordini Cartus.ae nunc et pro tempore existente complere, ea que ac inviolabiliter observare, inscribit se et obligat. Pro quibus quidem damnis terrestribus, ac pro non complendis praemissis, nihilominus complendis, memorata Ill.a et Magnifica recognoscens suis cum successoribus jure conventa, foro competente renuntiando, coram Castrensi Capitaneali Petricoviensi officio juri se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus hac in parte subjicit, et ad primam instantiam praenominatorum PP. Cartusianorum, succedaneorumque ipsorum peremptorie respondere suis cum posteris tenebitur, terminum primum peremptorium et alios omnes exinde subsequentes peremptorios habebit, omneque denetum et judicium, judicatumque pro tenebitur. Omnibus exceptionibus, evasionibus, praescriptionibus, fatalis suspensionibus, legalibus impedimentis, tum quibusvis dilationibus, appellationibus, motionibus earumque prosecutionibus. Interregno, ac in genere universis diffugiis juris renuntiando, et inscriptioni praesenti, omnibusque ejus contentis, solutis damnis terrestribus toties quoties opus fuerit, ad satisfaciendum suis cum posteris obstricta permanens, nullo demum defectus inscriptioni praesenti tam in toto quam in parte objiciendo, nec in modo quovis contra eam se tutando, nulla denique praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Petrus Szyszkowski Castell. Woyniensis, Capitaneus Warkensis, marschalcus tribunalis Regni mpp. Simon Kotudzki ~~canonicus~~ Praepositus Gnesnensis. — Joachimus Kudwanowski Vice-Capitaneus Biecensis. Samuel Rzeczewski canonicus Gnesnensis mpp. Quam inscriptionem Judicium praesens ordinarium generale tribunalis Regni Petricoviensis nemine contradicente, imo omnibus DD. Judicibus deputatis consentientibus inscripsit, eademque per suprascriptam Illustrem et Magnificam Oleska coram Judicio praesenti prout supra scriptum est, recognita. Martianus Zalewski notarius terrestris Sieradiensis mpp. L.S. Concxit Lukowski mpp.

Nota. — Pour l'intelligence de ce qui va suivre j'ai résumé succinctement des documents que Schwengel met à la fin de l'histoire de cette chartreuse. En 1615 Anna de Rusocice, veuve d'Albert de Dabrowski Castellani Widaviensis fonda un couvent de dominicains in villa Gidle. La fondatrice étant morte peu après sans enfants, Dorothée

de Bozgie Przerebska, sa sœur veuve de Jean Przerebski, hérita des biens qu'elle avait à Gidle, Gorke, Rude, Skrzypice, Meszow et Niezulow et. — Ladite Dorothée avait 3 filles dont deux étaient mariées et l'autre religieuse. — Par suite de je ne sais quelle circonstance que les documents ne indiquent pas, peu après la fondatrice de la chartreuse, Susanne de Przerebska Przerebska, devint maîtresse des biens susmentionnés plus haut. En 1620 elle donne 5000 flor. à prendre sur lesdits biens, aux couvents des Dominicains de Gidle, établis sur ses terres. En 1624 étant devenue Succamararia Regni elle promet aux mêmes Religieux toutes les terres de Gidle. En 1636 elle a l'intention d'offrir aux enfants de St. Dominique 20000 flor. à prendre sur ses possessions pour faire bâtir 15 chapelles en l'honneur des 15 mystères du Rosaire. Son mari Jean de Olesnika Oleski était mort en 1630. Peu après la dite Susanne changea de sentiments à l'égard des Dominicains et de tout ce qu'elle avait promis, ne leur accorda que le terrain pour les 15 chapelles du Rosaire. Bref en 1641 elle fait venir le Prieur de Dantzig et donne la charte de fondation citée au commencement de cette histoire. Les lettres qui vont suivre feront connaître le reste. —

Littera D. Caspari Cochelii Primi Rectoris Gidlae ad Priorem domus Dantisci.

1a 13 jan. 1642. — V. in Xto Patri ac D. I. V. Reffis Cartusiae Paradisi in Prussia Prior. Venimus in Gydel satis incommodo itinere, recepti ab illustri Benefactrice satis hilariter. Quae cum intelligeret nos confirmationem loci Ordinarii nondum habere, elapsis aliquot diebus, nos pro impetranda quantocius expedivit. Reperimus Illmum Episcopum in Bozegis nostro proposito plane contrarium, et confirmationem prorsus abnuentem, exprobrantem nobis, quod non ante inscriptionem factam requisitus esset; deinde Episcopatum Cracoviensem tot monasteriis oneratum, plura suscipere non posse, nostrumque Ordinem suae tantummodo salutis intentum, minus fore necessarium, quem etiam putaret potissimum causam esse, cur hactenus a nullo praedecessorum ipsius ista plantatio illata fuisset. D. Ross et familiares ipsius condolentes infortunio nostro, suaserunt nobis, ut intercessionales litteras a Regia Majestate et aliis impetraremus quibus flecteretur. Id enim plerumque necesse esse,

Volebam aliud scribere, sed alias. Nobis etiam responsum ad litteras Illustris Dominae dedit, in quo conabatur ipsi persuadere, ut animum et propositum suum mutaret, et illa potius in alios usus expenderet. Postmodum Dna Benefactrix nuncio isto perterrita, amare flevit et nos pro advitalio jure sibi inscribendo et intercessione comparando amisit Petricoviam et Warsaviam: verum cum Rectori Petricoviae hoc omnino disuaderent ipsi per litteras et ego similiter, consensit et proposito cessit, rescribens mihi Petricoviam, se juri advitalitio cedere tanquam minus sibi necessario, seque mihi quamprimum obtenta confirmatione, in Gydy revertere, omnibus bonis cessuram, ut quantocius festinarem, hortando. Warsaviae Rdos PP. confessarios Serenissimi Regis et Reginae convenimus, exponendo ipsis negotium nostrum, qui litteras intercessorias mihi pollicti sunt. Cancellarius magnus ex mandato Serenissimi forte crastina die me expediet. Serena Regina quia plane eodem tempore quo Warsaviam venimus (7 Jan.) filiam enisa est, nondum potest subscribere, alias pollicita operam suam quam etiam adhuc praestolor. Accessi etiam Illustrem nuntium Apostolicum, qui hanc rem satis mirabatur, sicut et omnes alii qui hoc audiunt, qui obsequia sua nobis offerens, dictos coram in futuris comitiis hactenus cum Loci Ordinario acturum, et V. Paternitatem V. plurimum salutat. Hinc etiam Warsaviam, in itinere pridie fest. Trium Regum convenimus Illustrem D. nominatum Archiepiscopum, qui valde nos humaniter excipiens et tractans, mirabatur aversionem Loci Ordinarii, et gratulabatur de dilatatione Ordinis nostri, dicens: si in ipsius Diocesis fundatio esset, se libens assensuram fuisse. Scripsit tamen ad Illustrem Gnesnensem Episcopum intercedendo pro nobis, seque pro nobis apud Serenissimum Comitiorum tempore causam nostram acturum pollicitus. Peractis hisce negotiis denuo Loci ordinarium adibimus. Quid responsi accepturi simus, tempus dabit. Deus, spero, providebit, ut honori suo nihil detrahatur. Dixit etiam Gnesnensis Episcopus, ut rogaremus Archiepiscopum, ut ille in suum Episcopatum nos reciperet. Si ergo Inscriptio mutari posset, et locus conveniens reperiri, mallem, ut transferretur. Illustrem Archiepiscopum sana tamen plane acceperat Roma, cum ad illum venissemus. Si contigerit V. P. mihi scribere PP. Visitatoribus, aut Rdo P. rogo humiliter, dignetur scribere, ut alius aliquis in locum meum sufficiendus, qui ejusmodi rebus arduis facilius possit occurrere, huc transmittatur, et ego etiam tandem aliquando meis rebus in secreto possim providere. Nescio etiam inops consilii, quid ulterius agendum, si nec Regis vel alterius

intercessione vel monitis adere vellet; plerique suadent uti et Nuntius Apostolicus esse tolerandum eum, non diu victurum, successorem fauriorem futurum, interim pro aedificiis properanda esse necessaria. Consulam tamen Petricovie, utrum ista Inscriptio mutari non possit, quantum ad locum, cum alias essentia rei maneat, Locus mihi adhuc incognitus. Nescio utrum non esset modus reperiendi aquam in Lustawice, aut alibi conveniens locus. Dignetur mihi rescribere, quia modo dictus commorari cum ea non sinit. Debitum etiam contractum quis solvet? Quae Magnifica dedit absumpta sunt. Varsavie 13 Jan. 1642 - indignissimus Casparus Cichowski

2.a Ejusdem ad eumdem. -

16 jan. 1642. ..... Consului D. Notarium (Petricovie) utrum ista Inscriptio non posset mutari, ut alius locus fundationis poneretur? respondit omnino non posse? Iam enim ferme ad 20 copias a variis exemptae. Hisce diebus Dni Olescii fecerunt protestationem contra Inscriptionem fundationis, D. Cancellarius vicit et teren.mus legerunt istam Inscriptionem, putant validam esse. Affirmabat etiam Vicecpiscopus Cracoviensis etiam per lectae contradicere non poterat. D. Notarius et alii suadent nobis, ut sustineamus turbas istas uti etiam D. Legatus Apostolicus dicit, temporis successu sedandas; interim pecunias postmodum structurae impendendas obligamus suadent. Dni Olescii in comitiis actionem contrariam huic Inscriptioni instituere cogitant, quo effectu? tempus dabit. -

Petricovie 16 Jan. 1642 - T. Casparus -

3.a 31 jan. 1642... Illustris Dna Benefactrix vult sibi certificari a R.do P. jus advitalitium in bonis Gydel et caetris, exceptis Babie, Lustawice et Babiamice. Litteras regias intercessionales inspectavi, Reginae adhuc praestolamur, quas ipsa Illustris Benefactrix deferet ad Episcopum; quem oretenus uti suum tutorem et agnatum vult rogare pro confirmatione faciendae. Speratur quidem venturus ad comitia, sed morbo adhuc perseverante timeo ne minus possit, si etenim ipsi etiam Dominae, ut dictum particulae sententiae suae, negaret Varsaviae saltem Ill.mus Nuntius Apost.cus et ter.ma Regina a duritiem ipsius persuasionibus suis emollirent. Venit si non veniret Varsaviam, nec precibus Dnae nostrae flecteretur nescio quid consultius foret, utrum in Episcopatu Gnesnensi videlicet in Gydel aut alibi loco convenientiori aedificandum, aut certe mors Cracoviensis expectanda? In Babia locus certe minus conveniens ob defectum materialem, qui si lateum actiosae deberet reservari, sylva ibidem tota cedi deberet. Et unde pro quotidiano usu foco acquireremus postmodum,

cum in vicinia ligna alia non haberentur propria, et vicini utrum largituri, dubium, cum ante vendere nolint; et sic incertâ spe lactati fallerremur. In Lustawice autem essent materialia petenda sequi milliari. Quanta vero sumptus et molestia forent, tot myriades planarum tum lapidum, tum calcis tam procul advehere? Quare mihi quidem in Lustawice multo convenientior monasterio locus videtur, non quidem in ipso et loco ubi modo praedium locatur, sed sub monte in loco humiliori, ubi forte puteri haberi poterunt, aut certe ex piscina Kadlubeck per canales tantum aquae deriari, et culinae et conventus usui sufficiat. Braxatorium si aliter fieri non poterit, in Babie esse posset. Quia Babie plane inconveniens monasterio ob causas jam pontas et angustiam loci. Vix enim tantum quantum est, puto, ultra 5 aut 6 mansos facere. In Lustawice quidem adhuc non fui, constamen Deo volente, eo profecturus. Dicitur tamen aquam illuc vicinam in Lustawice nunquam deficere, nec fluxum nunquam subtrahere. Deinde etiam sylva amplior et jus in vicina Zurawe sylva acquirendi pro foco et aliis usibus haberetur. Patres Petriacovienses D. Mnyszech et alii dicunt, nobis liceret, ubicunque commodior locus videatur, monasterium construere. Rogo, procuret, ut jus adscriptitium a nobis ex singulari benevolentia et gratitudine Illustri Dnae Benefactrici ultro oblatum confirmetur et subscribatur a R.do P. Generali, ne diffidentia aliqua nascatur. In Lustawice jam fui, qui locus salubrit ate et puritate aeris alia superat, cum aliis humiditate abundet. Habet ligna, saxa, calcem ad manum, habebit etiam ex fontana Kadlubeck aquam sufficientem; si supponatur in decliviori proximo loco monasterium, ut per fistulas sicut Rutilae et hervicis aquaducatur in loca opportuna ut culinam, pistrinum et conventum, Braxatorium vel in pago vicino, vel certe in Babie esse potest, siquidem meo judicio aquae sufficientiam haberet. Ro piscibus servandis pro repentini necessitate ad manum sufficerent etiam piscinulae duae, una in pago, altera sub praedio in prato, cujus aquae nunquam exsiccantur, uti Braxator et incolae referunt. Scripsi ante aliquot dies superius Illustri, profecturum ad Episcopum; quae modo, cum ob aquarum inundationes et viae difficultates, tum etiam ignorantia certae residentiae ipsius impeditur, misit famulum cum litteris Ser.mae Majestatis, quid allaturus sit, tempus dabit. Gydel 31 januarii 1642 T. Casparus.

4.a 21 Martii 1642. — Ut intellexit, multum laboravi cum Illustri Benefactrice in obtinendo consensu Episcopi Cracoviensis, inpetatis ad hoc intercessionibus Ser.mae

Majestatum quamvis labore pustaneo, usque dum Illustris Benefactrix propia praesentia animum illius flexit, ut annueret, politicè quamvis; certis enim conditionibus cogitabat nos omni immunitate excuere, ita ut omnis exemptio et privilegia nostra in nihilum abiissent. Dna Benefactrice recedente, probavi fontem Kadtubek, utrum sufficiens foret usui nostro, sed valde exilem reperi; quà temporis incitatis nullo modo sufficisset. Quare coactus sum, sententiam mutare, et alium locum in Gydel proposito convenientiorem inquirere. Sic consentente Benefactrice profectus sum ad Illmum Archiepiscopum, a quo etiam commissarios hui negotio necessarios impetravi. Commissarii lustantes loca Gydel, Gortki et Kieszula, convenientiorem meo reperire non potuerunt. Commendato igitur proposito, rem Illmo esse denunciaturos pollicti. Cum vero ad citatè omnes vicini Ecclesiastici essent, ut viderent, ne in cujus praejudicium ista structura foret, juxta bullam Clementis VIII, ecce temptatas ab Aquilone, omnibus aliis silentibus, Rdi PP. Dominicani, quos minime suspicatos fuisse, multa magno cum fervore contra locum structurae, ut ipsi putabant, proferentes et in scriptis porrigentes, cum nihil adeum ista facerem, etiam cum nonsea DD. commissariorum, qui jubebant nos bono animo esse, ista enim minus obesse possent. Et sic nobis diem fer. II post locare coram Illmo Archiepiscopo praefixerunt. Ultrum inde Romam litem pertrac-tari nescio. Alias plura decistis coram, si tamen Archiepiscopus alium locum minus convenientem et magis inde distantem assignaverit, ego excusatus ero.... 21 martii 1642.

18 martii 1642. — Commissio ad approbandam fundationem Cartusiae Gidlensis. — (cette longue pièce de 5 pages n'est que le procès verbal ou plutôt le rapport qu'ont fait de leur visite les commissaires de l'Archevêque dont il vient d'être parlé à la fin de la lettre précédente. Je ne fais que l'analyser....: Jacobus Chratkovius S.V.D. canonicus Cracoviensis, Praepositus Matogostensis, Petrus Sastius Parochus Kruszinensis, Radomsenses officiales; — Bartholomeus Ostius Commendarius et Decanus Parochialis Radomsensis etc.... — En vertu de la commission donnée par votre Chancellerie le 1er mars nous nous sommes rendu à la Cure de Gidle où aucun opposant ne se présentant ante omnia Jurisdictionem personaliter commissorialem fundavimus. Se présentent alors le sous Prieur, le vicaire et un autre père du couvent des Dominicains qui protestent contre la fondation de la chartreuse, alleguant que cette commission a été obtenue d'une manière subreptice: que le temps fixé est trop court, que les nobles qui sont intéressés dans cette n'ont pas pu comparaître, enfin qu'on a profité de l'absence de leur Prieur afin

de mieux réussir. Immédiatement le Recteur D. Caspar Cochelius réfute ces raisons en disant qu'ils sont avertis depuis 8 jours, qu'ils n'ont pas de revenus de charités pour exciter les nobles contre des pauvres Chartreux, et que de leur propre aveu leur Prieur ne doit rien exiger qu'après Pâques. — En compagnie des dits Dominicains et Chartreux nous avons parcouru le premier et le second jour les fermes (villas) de Gidle, Gorka et Mieszulox.... Collatis hinc inde rationibus, deprehendimus quod et de notitiam deducimus, non esse necesse alium reperiri locum meliorem commoditatem nobiliorem, quam supra Gidle ex opposito Ecclesiae Patrum Dominicanorum in colle vel monticulo ad locis ortum projecto, in angulo viarum de Gidle, altera quidem versus Zytno ad orientem, et altera versus Pychdorz ad septentrionem, qui collis vel monticulus paululum supra Gidle elevatus et eminens optimam dat perspectivam videndi multa ad aliquot milliaria,.... Insuper collis et monticulus hic a D. Deo videtur quodammodo S. Religioni fuisse praeordinatus et praedestinatus; in loco enim arenoso alias habet fontem bonum et copiosum aquam vivam in se continentem, et se ad plassitiem versus Gidle exonerantem. Ad hunc itaque fontem ubiliter 1300 ab Ecclesia et conventu PP. Dominicanorum distantem, in fundamento voluntatis et beneplaciti Magnificae Benefactricis et Fundatricis, annuentibus superis, Ecclesiam et tabernacula sua extendere cupiunt et cogitant (Cartusiani) contradicentibus PP. Dominicanis. — Ces derniers allèguent que les Chartreux n'ont pas demandé d'abord l'approbation de l'Ordinaire, que dans la charte de fondation il est dit qu'ils bâtiront dans la propriété de Babie etc. etc. — et différents textes et décisions de droits et des Papes; enfin ils donneront à l'Archevêque d'autres raisons encore plus fortes qui empêchent cette fondation auprès de leur couvent.... Les Pères Chartreux répondent qu'ils n'ont point célébré la messe à Babie... qu'ils ont demandé à l'Archevêque de l'établir dans l'endroit le plus convenable, et qu'en établissant leur maison à Gidle ils ne font aucun tort aux Dominicains. etc. etc. — Quibus auditis, ex mutuo consensu partium, terminum peremptorium ad ulterius hac in causa procedendum et concludendum assignavimus coram S. Tribunali Illmae et Rmae Celsitudinis vestrae, feria IV post Dominam Laetare, qui erit 2a Aprilis — etc. —

Dat. in curia Metropolitana Gidlensi. 18 martii A° D. 1642 (L.S.) Jacobus Praepositus Matogortensis, canonicus et officialis Cracoviensis commissarius supp. (L.S.) Petrus Sartius Metanus Kruszwicensis. — (L.S.) Bartholomaeus Ostius Metanus Dobrzynensis. —

Nota il est bon de remarquer que Gidle n'est pas dans le même diocèse que Babie.

28 Martii 1642. — 5a Littera D. Caspari Cochelii ad Priorem Dantisci.

..... Misram ad Ill.mum Archiepiscopum pro impetrandis litteris Cruciae, quas etiam Dominica Laetare in Parochiali Ecclesia publicari et affigi feci. Commissionem etiam in oculo rotulo paratam habeo, quae tamen mihi ex gratia [heinz] lecta, ut si quid addendum aut minuendum adverterem; quae sufficienter pro nobis instructa ad refellendam adversariorum invidiam et argumenta. Unicum tamen addendum putavi, protestationem de damnis et litis expensis.

..... Status causae vostra talis est: RR. PP. Dominicani fuerunt et DD. Olescii Plenipotentem adduxerunt, ut communibus viribus me impugnarent. Cum vero interimino Procuratorem habere non valerem, jussu Ill.mi ipse proposui, ut potui. Verum cum PP. Dominicani plurima ingererent, aliquot pituras plenas habentes, et exibris allegantes: rogavi mihi dari in scriptis, ut respondere valerem, sic mihi Ill.mus concessit terminum alterum pro 14 maii. D. Deus retribuat Ill.mo favorem. Unicus hic scopus ipsorum est: nobis in Gydel impedire possessionem et monasterii structuram, cum omnino cogitant nobis Gydle eripere successu temporis. Quae spes et intentio illis abrumperetur, si monasterium ibidem construeretur. Non idem tamen allo modo. Circa Gydle debet esse et non alibi. Etiam cum Denunciassem Ill.mo intentionem eorum, dixit: frustra RR. PP. talia cogitatis, quia istam fundationem et extructionem nullus irritabit. ..... Ita cancellariae volunt pro confirmatione fundationis 350 flor. habere, promissi, quis daturus sit, nescio: cum ego non habeam, et parce mihi ministratur a Benefactrice.

Gydel 28 martii 1642. F. Casparius Cochelius —

28 Aprilis 1642. — 6a Littera ..... DD. Olescii contra confirmationem protestati sunt aientes, se certarum sortium Lustawice et Babianicze haeredes esse, quod etiam resignatione et acquisitione istarum sortium demonstrare nitebantur: Quantum ad computandum eos attinet, jam donationem Illustri Benefactrici factam dictarum sortium Lustawice et Babianice ab Illustri Dno Joanne Olescio succamerario Regni habeo. Ad argumenta PP. Dominicanorum computanda, spero me satis instructum, cum librum istum Cracoviae acquisivi, ex quo nos maxime impugnabant, in quo parum aut nihil est, quod contra nos faciat, nisi solummodo, quod sine praescitu et consensu Ordinarii fundationem recipere non debueramus. Magnificus D. Castellanus Warzychi multum incepavit PP. propter hoc negotium, et pollicitus se mecum proceturum

pro termino futuro ad illos confutandos, qui etiam se protectorem offert et promotorem, et consanguineus Illustris Benefactoris est de domo Pzerembskich, nostrum ordinem Illustri Dnae etiam multum commendat, cum sospites, studens Moguntiae, cum nostris sit conversatus in Cartusia Moguntina. Si vero PP. obtinuate Romam appellaverint, nescio, quomodo ulterius procedendum, et sumptus mihi desunt. Quare hac in re consilium V.P. votae et auxilium expecto. Gidlis 28 Aprilis 1642. — F. Casparus Cochelius —

14 mai 1642. — Approbatio Loci-Ordinarii. —

In nomine Domini, Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Mathias Lubienski Dei et Apostolicae sedis gratia Archiepiscopus Gnesnensis, Legatus natus Regni Poloniae Primas, primusque Princeps. Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest, universis, Quod cum magnifica Susanna de Pzerzab magnifici olim Joannis Olesski haccamerarii Regni consors relicta, zelo pietatis ducta, ac in sacr. Ordinem Cartus.m S. Bruno.nis, spiritu devotionis accensa, cupiens augere et propagare cultum divinum, necnon gloriosissimae V. M.ae unicae post Deum Patronae nostrae honorem promovere, piisque suffragiis propriae ac familiae suae animabus subvenire desiderans pro Ecclesia et monasterio fundando ad usum et habitationem praefatorum Patrum et Fratrum Ordinis Cartus.is, villas Babie, Lustawice, Rabijanice in Palatinatu Cracoviensi et Districtu Lelowiensi, aliaque bona et haereditates suas in Palatinatu Siradiensi et diocesi nostra Gnesnensi scilicet Gidle cum jure patronatus Ecclesiae parochialis ibidem consistentis, Niesgulow, Gorka Skrzypice, Henshow et Ruda, coram Actis et Judiciis ordinariis generalibus Tribunalis Regni Petriconiensis, feria VI ante festum SS. Simonis et Judae Apostolorum, anno proximo praeterito donasset, et inscripsisset, locumque commodum in villa Niesgulow vel Gorka versus Gidle in Palatinatu Siradiensi et Archidiocesi Gnesnensi, pro monasterio et Ecclesia sub titulo Compassionis Gloriosissimae V. M.ae, ad laudem Omnipotentis Dei, sanctis.mae que et Individuae Trinitatis, construendis, in quibus cultus divinus exerceatur, ut aque inferius descripta missae sacrificia pro peccatis suis, item consanguineorum suorum animabus absolvantur, alias juxta regulam ejusdem Ordinis Cartus.is divina peragantur officia, verbo assignavisset, atque ut fundationem hanc admittere, et dictum monasterium una cum Ecclesia erigere dignaremur,

debita cum instantia postulasset. Nos licet primum desiderium hoc praefatae Magnificae Susannae Fundatricis debito favore studioque complexi fuissemus, nihilominus tunc modum et formam juris in talibus fieri solitis, observantes, et difficultatibus quibusvis viam praecludere volentes, commiseramus Adm RR.DD. Jacobo Krostkovio J.V.D. Canonico Cracoviensi, Praeposito Małogostensi, Petro Sastio Parocho Krasszymensi, Radomensibus officialibus nostris, et Bartholomaeo Ottio commendario Radomsensi, ut praemissis litteris citationis in vim innotescentia contra PP. Ordis Praedicatorum in Conventu Gidlensi degentes, et Parochum Gidlensem, aliosque ad praesens negotium erectionis et novae dictorum PP. Cartusianorum fundationis, ad villas quoque supraspecificatas jus et interesse habentes, ad villam Gidle et locum pro monasterio et Ecclesia construendis designatum descendarent, et utrum aedificatio Ecclesiae et monasterii commode et sine praejudicio aliarum Ecclesiarum in Gidle consistentium fieri posit, distantiam, situm, commoditatem et magnitudinem loci considerarent, quaerelas et controversias si quas ex parte fundationis ejusdem tam Parochus quam PP. Ordis Praedicatorum et alii quicumque proferre voluerint, vel eadem fundatione segravatos allegaverint, audirent, eaque omnia diligenter conscripta nobis pro informatione referrent. Post cujus commissionis expeditionem magnifica D. Susanna de Pigerał Oleska cupiens hanc piam suam intentionem ad effectum deducere, itemque per VV. et religiosos PP. Casparum Cichelium et Petrum Gadomski Ordis Cartusis institit, ut fundationem hanc ipsius admitteremus atque admittendam et supra procederemus juxta Actum Commissorialem et litteras citationis ad eum effectum in vim generalis edidae ex Cancellaria nostra extraditas. Quas quidem litteras citationis in Ecclesia Parochiali Gidlensi Dnica III Quadragesimae, quae fuit dies 8 Martii mensis ex ambona per ipsum et Parochum Gidlensem et per affixionem valvis Ecclesiae publicatas, necnon Patribus Ordis Praedicatorum Conventus Gidlensis personaliter intimatas praefati PP. Cartusiani cum debita earum executione coram nobis judicialiter produxerunt, deductoque termino ex vi hujusmodi citationis et litteris commissionis per DD. Commissarios pro die 8 mensis Apr. assignato et legitime cadente, sua et praefatae Magnificae D. Fundatricis suae nominibus, accusarent contumaciam omnium et singulorum ad dictam suprascriptarum villarum donationem, fundationem, necnon ad locum pro monasterio et Ecclesia construendis, designatum jus et interesse aliquid habere se

praetendentes, et juxta exigentiam termini non comparentes, nec actum erectionis ejusdem quovismodo impedientes, petierunteque ipsos contumaces pronuntiari, et in eorum contumaciam, inscriptionem (quam authentice et uniformi probante deprompta exhibuerunt) admitti; villas in eadem specificatas pro dote et fundo supedicti monasterii resignatas et donatas, immunitati Ecclesiae adscribi, ac pro dote ac provisione assignari, divina officia juxta nexum ejusdem inscriptionis per se absolvendo ordinari, Ecclesiam hanc una cum monasterio in beneficium perpetuum Ecclesiasticum erigi, atque fundationem praetactam in omnibus clausulis, punctis, articulis et conditionibus una cum inscriptione ut supra, authoritate ordinaria approbari et praemissis decretum, vim et robur firmitatis perpetuae habituram, interponi omni meliori modo. Tenor autem fundationis et inscriptionis supra recensitae sequitur et est talis: Actum Petricovae in Tud. Ord. gen. Tribunali Regni fer. VI ante fest. SS. Trin. et Tudae Apost. A. D. 161. Tenor Judicio etc. ... ut supra in principio.

Post cujus propositionis et postulationis enarrationem, necnon fundationis et inscriptionis praeinsertae praesentationem, Vt. a Religiosi PP. Ordis Praedicatorum Conventus Gidlensis, Marianus Columbinus et Erasmus Raskiewicz nomine praefati conventus Gidlensis comparuerunt, et referentes se ad rationes tam coram commissariis nostris in loco et fundo monasterii de novo fundandi allegatas, quam in termino diei hodiernae in scripto iterum reproductas, eidem fundationi ex iisdem rationibus (in caquas se consortari debita cum instantia petierunt) contradixerunt. Comparuit praetera a Nobilis Sebastianus Rowinski Generosi Sigismundi Olesk legitimus Procurator, prout docuit instrumento authentico coram Actis Castrensibus Petricoviensibus fer. III in crastino festi Nativitatis S. Joannis Baptistae, A. D. 1641 recognito, quo producta cum transfusione et cessione jurium, bonorumque ac villarum Lustawice, Babijanice in Districtu Lelowiensi et Bebie in districtu Radomsensi consistentium, in personam olim Generosi Joannis Olesski de Ostrowitte in Districtu Derszowiensi, Ducatus Prussiae cognati Principalis sui per Generosam Dorotheam Rzorebska olim Generosi Joannis Rzorebski de Rusozyce consortem factam, quae deducebat Principali suo uti cognato dicti olim Generosi Joannis Olesski et, ut asserebatur, haeredi ad supascripta bona, sicut praemissum est per magnificam D. Susannam Olesska pro fundo, dote ac provisione dictis Religiosis inscripta, jus competere, propterea que dictam fundationem non posse subsistere, asserebat. Quo nomine indemnitati praefatorum jurium Principalis sui prospiciendo, tam contra donationem supascriptam, quam etiam

hujusmodi fundationem protestatus est. In adverso V. P. Casparus Cichelius impugnationem profatam in instante non diluendo tam rationem per PP. Ordis Praedicatorum exhibitam, quam jurium pro parte Generosi Sigismundi Olski judicialiter reproductorum, copias cum termino dicendi contra petiit, quod in decreto nostro hinc et ad 14 mensis maii obtinuerat. In quo quidem termino praedictus V. P. Casparus Cichelius suo et memorato Fundaticis sua nomine comparuit satisfaciendo dilationi, quam pro parte sua obtinuerat contra rationes PP. Ordis Praedicatorum Conventus Gidlensis certas responsiones, salvo facto, et in scriptis interjecit, tenoris prout in folio. Quantum vero ad jura per Reniflotentem Generosi D. Sigismundi Olski exhibita attinebat, in eum responsionis produxit instrumentum authenticum donationis certarum sortium bonorum in villis Lasztawice, Balij-janice in Districtu Lelowensi et Babice in districtu Radomsensi consistentium, per Generosum olim Joannem Olski successorium, Pomeranice Generosi Sigismundi Olski cognatum, in personam magnifice Susannae de Przerazl Fundaticis suae Petricovice in Judiciis Ordinariis Generalibus Tribunalis Regni, sabbatho in vigilia festi SS. SS. A. D. 1615 facto; quae clarent sufficienter deduxit, Generosum Sigismundum Olski, praesentis fundationis et piae intentionis impugnatorem, nihil juris et dominii in bonis praedictis habere, atque non obstantibus utinamque partis oppositionibus, rationibus, allegationibus, se in ea petita conservari fundationemque praemissam in toto approbari, debita cum instantia postulavit, in praesentia V. ae Religiosi P. Matthaei Borowka S. T. D. Ordinis Praedicatorum Conventus Gidlensis Prioris, qui inhaerentes litteris patentibus ab R. RD. Dionysio Mazzoni S. T. D. Ordinis vero in Provincialis, adse specialiter in causa praesente missis, recedendoque a contradictionibus et oppositionibus quibusve per PP. conventus sui Gidlensis in anterior termino factis, in dictam fundationem libere consensit, sub tamen conditionibus, ut P. Ecclesiae sua submittant ad dicta praesentia, inprimis quod aede ecclesiam monasterium, quae inter monasterium P. P. Praedicatorum et locum monasterio P. P. Cartusianorum designatum, intermediat, cum minus cubitis aedificia monasterii versus aedificandi, ab illis non construentur. Deinde quod nec per se, nec per substitutas, nec per subordinatas personas petent dispensationem a Sede Apostolica in iis praesertim quae Patribus Ordis Praedicatorum Conventus Gidlensis in posterum nocere possint, praesertim ad exponendam eistam exigendasque eleemosynas. Et in continente VV. PP. Cartus. Casparus Cichelius et Petrus

Gadomski personaliter stantes, promissis omnibus se satisfacturos submiserunt et obligaverunt hac sua recognitione ad promissa meditante. In presentia quoque Nobilis Alberti Rawicski Plenipotentis Generosi Sigismundi Oleski, ad exhibitam bonorum suprascriptorum donationem parentem Principalis sui in personam magnifice Fundatricis factam, nihil penitus dicentis. — Cum igitur apud nos inclitus Ordo PP. Cartusianorum S. Brunonis vulgo nuncupatorum tantum meretur affectum, ut in felicitate temporum regiminis nostri Archiepiscopalis ponamus, si quam vitae morumque sanctimoniam magnostitis theatro in ipsa videlicet Archidiocesis nostra luce spectatam fecit, aliis post alios in locis ope vel authoritate nostra propagemus,

Visitaque acta commissionis in negotio erectionis ejusdem legitime expedita, visis et litteris citationis in vim generalis edicti ad eum effectum ex cancellaria nostra extraditis, et debite uti apparebat, executis, controversiis quoque partium examinatis et rationibus hinc inde adductis diligenter consideratis, primum citatos non comparentes, nec effectum praedictarum litterarum edicti impedientes, contumaces prout erant, pronuntiavimus. Deinde vero in eorum contumaciam, fundationem hanc ut ad laudem Dei omnipotentis et animarum salutem factam, atque coram nobis, una cum inscriptione eo nomine recognita authentice productam, admisimus: sic et in quantum, attento etiam consensu PP. ordis Praedicatorum, Submissione vero PP. Cartusianorum considerata, dictum monasterium una cum Ecclesia in beneficium Ecclesiasticum perpetuum, sub titulo et invocatione Confessionis sive Planctus B. Mae V. ereximus, locum per commissarios nostros pro praefato monasterio et Ecclesia construendis designatum, villas item in praemissa inscriptione et donatione specificatas, fundos, areas eidem monasterio PP. Cartusianorum in vim dotis ac provisionis assignavimus, illasque libertati ac immunitati Ecclesiae adscripsimus ac de divinis officiis per Religiosos PP. in praedicto monasterio manendos peragendis, aliisque juxta mentem ejusdem Fundatricis disposuimus et ordinavimus. Ipsas demum inscriptionis litteras tam in toto, quam in qualibet parte, omnibusque et singulis punctis, clausulis et articulis, conditionibus ratificavimus, approbavimus et confirmavimus, promissique decretum nostrum vim et robur perpetuae firmitatis habiturum interposuimus, promisso et omni meliori modo.

Et quoniam beneficium datur propter officium, et qui sentit commodum, debet sentire et onus, id circo ratione ejusmodi fundationis (praeter ea, ad quae ex vi regulae et ins-

titulo sui praedicti PP. Cartusiani obligantur) omnium et singulorum tam Prioris quam aliorum PP. nunc et pro tempore in hoc monasterio sicut praemissum est, erecto, existentium obligavimus conscientias, prout et obligamus, ut singulis diebus unam missam pro remissione peccatorum quousque in vivis extiterit Illustris et Magnifica Fundatrix post mortem vero illius itidem unam missam quotidie pro anima ejus, deinde qualibet feria VI pro animabus suffragiis carentibus, itidem unam missam, demum semel in hebdomada pro parentibus et consanguineis defunctis ejusdem Fundatrixis necessarium offerre et absolvere teneantur. In quorum omnium fidem praesentes manu nostra subscripsimus, sigilloque nostro communiri jussimus. Actum et datum Lovicii die 14 mensis Maii 1642. Praesentibus Illustribus et admodum RR. DD. Martino Starczewski Decano Plocensi, Gnesnensi, Cracoviensi, Varsaviensi, Cancellario Curiae nostrae, — Anselmo Recilowski Decano Vladislaviensi Cancellario Posnaniensi, Varsaviensi, — Andrea Trzebicki Scholastico Plocensi, — Adriano Grodecki Archidiacono Rurzelodziensi, custode Lowiciensi, Gnesnensi, Curiae nostrae causarum Auditore generali, — Joanne Zapolski Cracoviensi, — Matthaeo Judicki Archidiacono Pomeraniae, — Alexandro Magnuski Cantore Cracoviensi, Vladislaviensi, — Gabriele Witaszewski Vladislaviensi, Lowiciensi, — Proclao Sucharzewski Vladislaviensi, Lowiciensibus Canonicis, S. R. M. Secretariis, — Hieronimo Cienski Ecclesiae Collegiatae S. Michaelis in arce Cracoviensi custode, — Adamo Casimiro Oporowicz Actorum Curiae nostrae Notario.

Matthias Lubienski, Archiepiscopus Gnesnensis (L.S.)

Ego Adamus Casimirus olim Simonis Archidiaecesis Gnesnensis Presbyter, sac. Auctoritate Apostolica, publice atque actorum Curiae suprascripti Ill.mi D. Archiepiscopi Gnesnensis Notarius supra inserta ex protocollo actis et originalibus descripta, et cum eisdem collationata et auscultata fideliter signo, nomine et agnomine solitis in fidem praemissorum communivi, atque cum appensione sigilli et subscriptione ejusdem Ill.mi extraditi rogatus et exquisitus. mpp. —

Nota. — (Dans les documents que j'ai analysés plus haut concernant la fondation du couvent des Dominicains on trouve cette phrase) : « Patres Dominicani demum Illustrem Benefactricem ut jus vocarunt, ad tandem 1664 per compositionem res sopita est. »

1643. — Commissio nova D. Priori Dantisci de Cartusia Gidlensi facta.

Fr. Michael Arnoldi Prior Cartusiae Hevirensis et Visitator Provae Rheni, ven. in Xto P. D. Ioanni Udalrico Reffio Priori d. Paradisi B. Mae in Prussia, salutem in eo, in quo est vera salus. Ven. in Xto Pater, accepta a R.do P. nostro Generali D. Isto Perrot commissione faciendi vobis patentes amplissimas, quibus serio committeremus, ut provideretis directioni novae Cartae quam fundavit et aedificare intendit Illustris et Magnifica D. Susanna de Rzeczy b. Rzerebska Regni Poloniae succamerariae etc.... necnon de novo agere ac tractare possetis cum eadem Illustri et Magfica D. pro aliquibus demendis vel mutandis ac componendis super tractatibus jam factis cum illa, necnon super concessione juris advitalitii in quibusdam fundis: insuper etiam mittere ad illam novam plantationem illos religiosos e conventu vestro, quos judicaveritis aptiores, et etiam circa Rectorem dictae novae fundationis disponere, et generaliter omnia agere, quae ad praefatam novam plantationem erigendam necessaria judicaveritis, prout ipse R.dus P. et Ego, si praesentes essemus, agere possemus. Deus etiam omnipotens omnia ad suam gloriam, ordinis decorem augmentumque dirigere dignetur, et praefatam Illustrem ac Magn.am Dnam conservare, eique in omnibus benedicere, ac tandem aeternâ gloriâ post pretiosam mortem beare in coelis. Quod omnibus votis oramus atque exoptamus. Ego itaque authoritate R.di P. nostri Generalis, Vae Paternitati vestrae committo atque etiam si opus est, mando, ut praefata pro viribus invocato superno auxilio executioni mandetis. In fidem horum subscripsi atque sigillavi.

N°. 1643. die Aprilis 30. (L.S.) Fr. Michael Arnoldi Prior D. Hevirensis et Visit.r Provae Rheni.

1644. — Confirmatio Regia.

Vladislaus IV D. G. Rex Poloniae, M. D. L. Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensciae, Cernichiaeque necnon Succorum, Gottorum, Vandalorumque haereditarius Rex. Significamus praesentibus litteris nostris quorum interest, universis et singulis. Comparens personaliter coram Actis Cancellariae nostrae Generosa Susanna Rzerebska olim Generosi Ioannis Oleski Succamerarii Regni consors, relicta viducia, una cum personali assistentia amicorum suorum de linea paterna proximorum, videlicet Generosi Marci Rzerebski nepotis ex fratre et Maximiliani Borowski sororii, sana mente et corpore existens, foro competenti omisso et jurisdictione propria forthabita, huic

vero nostro praesenti quoad actum praesentem spectat, resecum necessariis ac bonis suis omnibus incorporando et subjiciendo, palam libere, expressisque verbis recognovit quia ipsa inhaerendo et in toto insistendo inscriptioni suae coram Actis Petricoviens. in Judiciis ordinariis tribunalis Regni feria VI ante festum SS. Simonis et Judae Apostolorum proxima A.D. 1641, sine personali assistentia proximorum suorum, quorum tamen copiam habere (habere) non potuit; factae, ratione donationis villae suae hereditariae Babice in Palatinatu Cracoviensi sitae, pro Ecclesia et monasterio in eadem hereditate, in usum et habitationem PP. FF. Cartus. Ordinis. de nova radice fundando, quin et aliarum villarum et hereditatum suarum, videlicet Gilewum jure Patronatus hujusce Paroch.lis villae ejusdem, Wieszulow, Gorka, Skrzypice, Szczyrzyc, Ruda in Palatinatu Sandiensi, necnon supra praenominatum Babice, Lustawice, Babicjanice in Palatinatu Cracoviensi jacentes, recognitae, memoratamque inscriptionem Petricoviens. in toto et in quavis minima parte confirmando et ratificando, et ad praesens reassumendo, parendo legi de infrascriptis speciali rescripto sancitae, tacto pectore, sub fide, honore et conscientia, Deum testando, a se praesentem inscriptionem et fundationem de nova radice, de bonis infrascriptis, propriis, nullo pretio recepto, nulloque conditamine inito, nec in contraventionem fraudemque legis ac juris publici, sed ex puro zelo et liberalitate factam, iterum coram Actis nostris praesentibus recognovit; quia ipsa zelo pietatis ducta etc. le reste n'est que la reproduction de la charte de fondation à partir de la 13me ligne 5 vers plus haut. jusqu'à ces mots nulla denique praescriptione temporis in praemissis obstante (puis la charte reprend de continue) hac ma personali recognitione cum assistentia praedictorum proximorum Amicorum videlicet Maximiliani Borowski, Marci Rzeczolski ad praemissa mediante: Quam nos ratam et gratam habentes, ad acta praesentia inscripsimus, eis inseri et authentice extradimandavimus.

Actum Czestochoviae feria V ipso die festo SS. Primi et Feliciani Martyrum A.D. 1644

Georgius Ossolinski
Cancellarius Regni supremus

L.S.

Relatio Ill.mi D. Georgii a Lenczyca Ossolinski supremi Cancellarii Bydgostiensis, Sulechoviensis, Sulomlensis, Ricensis et Dzalecensis et Capitanei Jacob. Max. Fredro.

Chronicon Gidlense.—

In nomine sanctissimæ Trinitatis et Individuæ Unitatis Dei Omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sti, ac specialiter perpetuam honorem et gloriam Salvatoris D. N. J. C. Gloriosissimæ V. Matris Mæ Compassionis dolorosæ in tota vita et morte Filii sui dilectissimi, institutam Cartusiam Gidlensem Illustris et Magnifica D. Susanna de Przezb Przezbska consorte olim Illustris et magnifici D. Joannis Oleski Succamerarii Regni Poloniæ, ex mera pietate fundavit ac dotavit, annuente Serenissimo Rege Vladislao IV cum toto senatu atque inclyta nobilitate, cum jure terrestris et equestris Ordinis, eandem fundationem recipiente et approbante Loci-Ordinario Archiepiscopo Gnesnensi Illmo et Rmo D. Matthia Lubienski anno 1642 die 14 maii cum ceremoniis de jure requisitis. Hanc fundationem Cartusiæ Gidlensis denova radice in suis hæreditariis bonis et patrimonio profata Fundatrix erait magis devota quam provisa intentione, bono zelo pietatis inducta, non tamen absque æmulationis suspicione, promovente suo sacellano R. P. Casmo prof. Ordinis S. Dominici; qui quali spiritu laboravit, Deus optimus melius novit. Olim Gidle cum suis prædiis et attinentiis fuit divisum inter duas sorores germanas, Cartusianorum nempe et RR. PP. Dominicanorum Fundatrices. Ambæ pro gloria et honore Bmæ V. Mæ certare voluerunt. Illustris et magnifica D. Wielunensis senior PP. Dominicanos ad eius agricam B.V.M. miraculis claram in Gidle introduxit ex sorte illis assignata: quæ levior fuit, sed ulterem spem habebat in sortem sororis successu temporis attrahendam. Necvana spes, dic videbatur esse multis blanditiis sollicita cohæredis. Et nisi ferociora ingenia aliquorum PP. Dominicanorum obstitissent, obtinuissent post decessum. Longior vita partidem PP. Dominicanis faciebat. Interim R. P. Casmus illius confessarius et sacellanus impellebant ad importunitatem odiosam. Feliciora essent lenta molimina ad consequendam spem et ejus effectum. Sed et sacellani avulsio et secunnata indignatatem, citius mutuavarent intentionem ad nostrum Ordinem et institutum Cartusianum in Poloniam introducendum. Ego si superis volentibus invitantur PP. Cartusiani ad hæreditatem possidendam Gidle (mortuo sorte Illustris et magnifico D. Castellano Vielunensis) Gorka, Hesz, Skrzypice, Ruda,

Nieszulow, Babie, Lustawice, Babi-janie, cum suis ubique attinentiis ex antiquis divisionibus et sorticioribus, numero quidem pluribus, at quo ad fructum perexiguis villulis et fundis infructiferis. Hac fundatio et PP. Cartusianorum introductio quo ad speciem pia fuit et probabilis, sed verius latebat forte aliquid conceptum in animo odium contra insolentiores vicinos PP. Dominicanos: de quibus ulisci quia forte aliter non potuit, omnem spem exspectatae successionis abrupit. Proinde initia plantationis Cartusiae Gidlensis plus quam difficilia erant, plena odiis et contradictionibus, tam a cognatis quam a vicinis Religiosis. Qui jam aperte marte, jam clamulis argutis, jam per subordinatas personas varii status Amicorum impugnare intendebant, nec aliquando feliciori suo eventu. Superstes tamen Fundatricis vita et Cartusianorum modestia vicit procaciam initiantium. Ut tamen omnino bona Fundatrix desperatam aliquando rem utique Religiosorum parti relinqueret, simulatissime applaudebat zelum pro ampliando patrimonio Xti et sanctissimae Virginis Matris ejus: saepius munusculo Altari et mensae offerebat, et spem languescentem erigebat ad afferendam magnam munificentiam. Et factum est cum temporis tractu (motivo aliquo Deo et sibi noto, supervadem bona jam tradita Cartusianis juridice, nec tamen adhuc ad suam vitam commissa in manus) ut inscriberet summam cum annuo censu flor. Polon. 20000 (A.) et scorsive prosacellis mysteriorum sacratissimi Rosarii ex muro erigendis flor. Polon. 5000 itidem cum censu annuatim exsolvendo super inscripsit, Patribus Cartusianis autem non intelligentibus aut negligentibus, fallaciam conniventibus et ampliora in dies prosesperantibus ex largissimis promissionibus. Haec inscriptio summam prodiit sive ad votum exsolvendum aliquod, olim emissum, sive ad levandum cordolium laesorum, sive ut recentiores Cartusianos hac aggravatione ad piitiam solitudinem faceret. Deus judicabit opus et variabiles intentiones. Eadem Illustris ac Magnifica Fundatrix Cartusiae inscripserat Illustri et Magnifico D. Septimae Amico Przerębska de Zuran summam dotalitiam absque consensu in Babie pro sedolis, reddendam termino peremptorio post 6 menses novae nuptiae: et hoc onus minus fuit jucundum successoribus Religiosis Cartusianis.

A. R. P. Generali et venerabili Capitulo ad inscribendam hanc novam plantationem commissarii fuerunt deputati cum plena authoritate et potestate D. Joannes

(A) Après la charte de fondation du couvent des Dominicains fondé en 1615 à Gidle, on donne des renseignements que j'ai analysés plus haut, mais que je donne ici in extenso parce qu'ils ne sont pas tout à fait conformes avec ce que dit la chronique de Bagdanowicz. Ille Paulo post (ante 1615) Fundatrix (Nima de Russowice vidua de Jean Albert Dabrowski) antedicta in hac vita decessit sterilis. Post quam successit in bonis Gidle ac aliis Dna Dorothea de Przerzie Przerebska post magnificum Joannem Przerebski vidua relicta, quae habens 8 filios, 2 maritatas et tertiam sanctimonialem Ordis S. Norberti, de alto maritali inscripsit in vim dotis bona, in quae post mortem sororis suae Annae Dabrowska successerat, nempe: Gydle, Gorke, Rude, Skrzypice, Skrzow, Niszulow cum omnibus quae antea magnifica D. Dabrowska habuerat, cum jure patronatus, non excipiendo sortem cum molendino Gora et... Conventui Gidensi PP. Dominicanorum inscriptam.

Demum bona ista omnia obtinuit unica illustris Dna Susanna de Przerebska Przerebska consors Illustris D. Joannis de Olesnitka Oleski Succamerarii p. t. Pomeraniae. Quae Conventui Gidensi S. O. Praedicatorum 1620 inscripsit super praefata bona 5000 flor. Postea 1624 eadem facta succamerarii Regni, tractat cum antedicto Conventu super cessione villae ipsius hereditariae Gidle cum omnibus ad eandem pertinentibus, addens praedium Niszuloviense cum fundis et Skrzypice, quamvis sub gravibus obligationibus, sed haec omnis verbaliter facta sunt, lectis eadem Illustris Dna offert praedicto Conventui 20000 flor. A° 1636 jure reemptionali in bonis suis Gidle, Gorke, Rude, Skrzow, Skrzypice Niszulow, cum assecuratione provisionis annuae 7 pro cento, et de anteriore summa 5000 flor. a 8 pro cento, sub conditione ut Patres illi ad honorem 15 mysteriorum Mri Rosarii totidem sacella ex muro erigerent: nullos tamen fundos pro illorum erectione assignavit. Insuper PP. Dominicani asserunt, plurima pia legata ex testamento Illmi Joannis Oleski Succamerarii Regni (qui 1630 ad aulam regiam mortuus est) sibi deberi.

Post mortem mariti Illustris Susanna Przerebska affectum mutavit et ab actis pacem a PP. Dominicanis Conventus Gidensis. De testamento mariti nihil scire voluit, provisionem de supradictis 25000 flor. solvere renuit, neque distinctionem fundi a Magnifica Dna Dabrowska Patribus Dominicanis concessi et dati in Gidle facere voluit fundum duntaxat pro erigendis 15 sacellis Mri Rosarii designavit. Tandem 1641 eadem in Tribunali Regni Petricovia Patribus Certusiensibus Monasterii Paradisi inscribit

Udalricus Rosffius Prior Dantiscanus cum suo V.P. Procuratore Philippo Bolman, loci quidem ignari, juris jam sufficienter periti, et propagandi instituti Cartusiani novi in Polonia zelatores; in quibusdam rem provide examinantes futuram, aliquos tamen defectus circa locum non prævidentes, neglexerunt stabiliendo molem negotii in verbis et pollicitationibus, patientiam habendam semper enarraverunt, et eandem fore victricem in arduis rebus. Docuit tempus bonam esse patientiam, sed admiratam prudentiæ, sine qua temeraria, vocis præsumptionem esse, trahentem post se damna. Maluerunt hi DD. Commissarii ex domo Paradisi B.V.M.ae ad detinendos Patres in hac nova fundatione, de propriis sumptibus alimenta subministrare et vestire in vita bona Fundatricis, quam complanare difficultates undique inventes. –

Primus fuit hujus Cartusiæ Rector destinatus e domo Paradisi, D. Casparus Cochelius e in sedatus cum V.P. Petro Gadomski futuro Vicario, vino probo magis quam dextero. Ito suo officio D. Rector intendit rebus promovendis Monasterii, sed invito canatur, absque ullis auxiliis Fundatricis. Ingariola aliquot cum sacello posuit primo super collem versus sylvas ad Orientem, sed ob continuos advenas curiosos, et ob defectum aquæ vivæ, aquique stabilitatem, transtulit in prata ad locum, ut patet, strictum, in lum fluentem fluvio Warta, propter frequentes inundationes fallacissimo. Per triennium et ultra luctatus ut D. Rector cum adversariis, adjuvante Dna Fundatrice, ad stabiliendam et firmandam susceptam fundationem. Effecit apud Celsissimum Archiepiscopum Primatem approbationem et monitiones nebras cum Brevi Apostolico contra adversarios vicinos; sed non contra Ill.mos DD. Cognatos, qui sibi ceptam hæreditatem contra jus et fas conquirebantur palam, non absque comminationibus. Effecit et apud Ill. et Magn. D. Fundatricem, ut ad exsolvendam summam inscriptam PP. Dominicanis super bona fundata susciperet curam. Dederat itque Ill. et Magn. D. Fundatrice paucis testibus conscis, in motion suo sacellano inscia, 15000 flor., quæ summa quia nondum adæquari potuit inscriptioni et censui annuum efferet, locata est apud Ill.mum D. Waigielli Palatinum Podlachiæ, tum propter censum lucrandum, tum propter arctiorem conservationem. Bonus creditor expertus est ipse D. Rector difficultatem, et eandem reliquit successoribus in repetendo censu et summa capitali ad annum usque 1668. Veridica persona D. Casparus Cochelius Rector cum nulli dolis non potuit diu subsistere, amotus iste missus Berezam pro Priore.(A)

villam Babie in Palatinatu diocesi Cracoviens., districtu Seloviensi pro erectione Ecclesiae et monasterii sui Ordinis sub titulo: Compassionis B. Mae V.ae. Ad quam fundationem addit ipsis bona Gidle cum jure Patronatus Ecclesiae Parochialis, Nieszlow, Gorke, Wrzypiec, Steszow, Rude in Palatinatu Sieradiensi, districtu Radomscensi: nullam mentionem faciens de fundatione PP. Dominicanorum in Gidle, cum divisione loci et fundi eorumdem, ibidem, sed omnia illis donans et tradens. PP. Dominicani domum illustrem Benefacticem in jus vocarunt, sed tandem 1664 per compositionem res sopita est. { Ita in longum polonico idiomate RR. Patres Dominicani Gidlenses praetentiones suas dederunt in libro: Skarb wielki Wierzodztwa Sieradzkiego.

(A) Littera D. Rectoris Gidlensis de statu domus 1647. ad D. Priorem S.ae Dantisci. —

..... Dna Fundatrix muliebri affectu, male sibi persuasa, sana consilia non admittit, imo suggesta cum indignatione repellit, nisi summa necessitate coacta; et ideo ipsius vita durante non crediderim aliquid solidi statui posse, nisi forte aliquando post fletus et lamenta, uti assolet, jam fatigata acquiescat; quia sine maxima commotione a sententia dimoveri non potest, potissimum cum consultore aliquo adhuc turbulentiore utatur. Quare cum de structura monasterii erigendam potissimum huc missus sim, eaque me vivente certe non inchoanda, et hic ad nihil vacem, nisi ad rixas et contentiones audiendas, rogo humiliter, ut ad monasterium et cellam remittar, cum hic esse non sim, et quilibet alius huic negotio satisfacere valeat. Ut tamen hoc ipsum necessarium ut mutatio fiat; cum quoadam ad Dnae Fundatricis contentiosam instantiam, quae rerum ignara est, quoadam et ipsi et RR. PP. Dominicanis concedere coactus sim, nobis postmodum nisi quantocius a successore, antequam usu et possessione firmentur, valde noxia, revocentur et cassentur: quod ego ipse facere nullatenus possum. Ipsa enim ut est pertinacis affectus ista a me exterrit, quemodo experientia edocta, nocua futura adverti. Ut modo persona in monasterio Paradisi huic negotio satis apta, qui coadjutorem agit ibidem, P. Joannes Lubieszowski nobilis Polonus, qui forte commodius aliquid ex D. Fundatrice elicere posset. ... Gidle 10 Jan. 1647 Fr. Casparus Lichelius

{ Iste D. Rector paulo post amotus est al officio. —

Alter D. Ioannes Lubietowski Ruthenus missus ad Rectoratum Gidlensem, Vir aptior ad forensia et secularia, quam ad claustralia, Ut placeret Fundatori, multum et diu laboravit, et moribus se Patriae hujus accommodavit; quod fuit difficile, placere simul Deo et hominibus, justa Salvatoris Dni axioma. Utumque tamen vivente Dna Fundatrice, Patribusque Reffis et Bolmanus Floribus Paradisi B.V.M.ae, quorum fuerat alumnus, pace et commoditate usus est; nihil tamen extraordinarii circa aedificia monasterii aut templi profecit, Fundatricis bonae praestolens liberalitatem, sed semper frustra promissam. Suecus enim hostilissime a. 1652 intravit Poloniam, devastavit et spoliavit. Eodem turbine nostram Fundatricem Rakocius cum Kosacis a. sequente deteriores incolas effecit, ut vix in pressura omnis status, ordo et conditio seipsos cognosceret. Iam ergo non ad novas domos et templa aedificanda, sed ad ruinas restaurandas vix profuit miles, contra Regem Casimirum IV et Rempublicam seditiosus, confoederatus et omnino absque ulla compassione desolatae patriae, insolens, permisit aliqua tempora, semper vagus et per vis vera regni suos exercitus movens, quasi in perniciem extraneus hostis multiplex non sufficeret, nisi suus pervicax miles perficeret interitum. Nulla fuit securitas in viis publicis, rara in domibus confidentia fraterna aut amica rarissima, plena omnia timoris erant: quia qui ferocior erat invasor, eo felicior sibi esse videbatur. Tribulationem super tribulationem et duplicem contritionem immiserat Dnus Deus super Polonos incolas illis aliquot annis: unde multi pertaesi vitae humanae malignae, mortem magis quam vitam suspirabant. Sic rebus stantibus in regno Polonice, Rex Casimirus pius Princeps nisi in hoc aliquibus vis improbus, quod se vivente et una Regina Ludovica M.a Gonzaga Galla, notitia negotiorum incerta, Voluit Condaeum Gallum sui successorem in regnum nominatum videre, contra Regni statuta et antiquas ordinationes de Regum electione. Primo se regno abdicavit et abiit in Galliam, ibique a Rege Galliae gratiose susceptus, dotatus ad vitae honestatem traducendam Abbatialibus aliquot beneficiis, ad 3 annos vix moratus, Rathomagi in patrimonio suae defunctae consortis, diem suum obiit et quievit in Dno. Mortuae etiam Cartusiae fissimae Fundatrix semper valetudinaria, mesta, exhausta largitionibus et exactionibus al hostis, minus jam curans bonorum successores et clientes suos, futuros perpetuos haeredes Cartusianos plus divinae providentiae commendabat, quam Patronos aut Protectores procurabat. Proxeag a mortis suae, tradidit omnia bona sua mobilia et immobilia in manus V.P. Joannis

Lubietowski Prioris nec fundationis, finem et familiae satisfactionem sospitus commendans. Suas itaque cum vita finivit miserias a° 1662, die 2 martii, Gidlis sepulta apud RR. PP. Dominicanos ad sororem in sacello B. V. M^ae miraculosae, sed Cartusianis quasi novas miserias et molestias non renascentes reliquit. Post sepulturam RR. PP. Dominicani de censu ab amis aliquot sub hostilitate etiam transeuntibus, repetendo, quantocius cepernunt movere et urgere. Nepotes ex sorore educatae honestè et in matrimonium locatae praesertim M. d. Ligenzina de familia Przerebsciana ferventissime institit cum suo marito, homine crudo et avi. Qui omnino fundationem et finem opus Fundatricis invalidare conatus est: jam delirium octogenariae amplius objiciendo, jam illegitimitatem possessionis hereditariae, jam alias Cartusiae nostrae supplantationes et sexentas similes imposturas, semper minias addendo, vi ejecturos ex loco solitudinis legitime occupato. Testamentum quoque jure confectum et inscriptiones, omnia hoc depravata aiebat, et plenis buccis ante tribunalia et nobilitatem proclamabat, non absque favore auditorum. Res quoque mobiles et praeditem (ut ipse aiebat) supellectilem circa Fundatricis defunctae clam a Cartusianis dispertam et ad usus profanos dilapidatam, imprudentibus imprudens insinuabat etc... Summam insuper omnibus cognetis injuriam factam praedicabat. Eandem litem Tribunal Petricoviense dirimit decreto aequissimo: fundationem justam et legitimam agnovit, dispositiones pias approbavit, res mobiles restitui jussit, cum juramento: Super nullam rem occultatam Prioris et vicarii, quod et praestiterunt Petricovicae. Rem domesticam ex stanno, cupro, aere, vestes, peristromata, cullas et similia reddiderunt ad amussim avaro; nec tamen finit statim finis. Sed ibi ubi potuit, nocuit, iterum et iterum minans ultionem cum sua progenia, ut jam experimur post obitum M. d. Ligenz Castellani Gechoviensis non absimilem filium: qui sospites veniens Gidles, hereditatem suam suspirat, et clavos quaerit diffindendae plantationis cartusianae. Sed et alii plures Illustres et magnifici DD. Przerebsciani non mitiores sunt contra hanc fundationem. Omnes volunt agnosci audiri Fundatores et Protectores, cum tamen non bene sed male velint Cartusianis. Quo nam unus Illustris et M. D. Andreas Przerebski ausus est hoc iuvenem nostrum Lustawicae cum suis commilitonibus invadere, spoliare et diripere equos et equas, pecora, frumenta et area utensilia. Qui quidem adiitatus pro suo excessu ad tribunal, incurrit poenam

bannitionis et infamiae in contumacia, praeter levem depaedationem factam, restitit nihil, et socius pecuniarium subsidium postulat. Reliquos transeo; qui adhuc spem alunt in mentibus suis recepturae aliquando hereditatis.

In repetenda summa 20000 flor. Pol. ab Ill. et Magn. D. Warzicki multas fecit expensas V. D. Prior Lubietowski, diu trahit litigia, cum periculo vitae etiam aliquoties, postquam ad infamiam ob non solutionem annui census et capitalis summae cum adegit; tandem a° 1667 compositae res amicabiliter. Numeravit Cracoviae pecuniam flor. 20000, quam RR. PP. Dominicani per adeptationem ad jus Interregni (dicti Kaptur) coacti sunt levare et numerare, Gidlensemque villam cum aliis ab inscriptione et annuo censu liberare. Ultimam et aliam summam flor. 5000 quantocius possent Cartusiani reddere, ex indictam ex manibus M. D. Alexandri Bistrzanowski in bonis Ciemientniki et aliis duobus. Quam summam pro M. D. Bistrzanowski olim heredes et Dno in iisdem bonis Ciemientniki, post emptae dictae bona, ex decreto tribunalis Lubkensis solvere debet successor cum censu annuatim provenente fl. 350, per 7 a centum. Per biennium ad solutionem solicitatus est M. D. Bistrzanowski, tandem citatus ad satisfaciendum decreto tribunalitio in Castro Petricoviensi, jussus est censum solvere quem per 2 annos non solverat, et pecuniam numerare, si ostendamus Cartusiani, in quae bona transferamus, ut sint libera et munda et non aggravata. Qualia bona quia via in hac Patria, vel certe omnino non inveniantur, debuit summa relinqui in Ciemientniki per conventionem cum solutione census fl. 350, cum tamen Cartusiani solvamus RR. PP. Dominicanis censum flor. 400. Fuit et tertia inscriptio in praediolo B. abbatiae facta Mag. Virgini Annae Przerebska ex Zurawi fl. 3000 per modum dotis, absque censu quidem, sed termino peremptorio assignata post 6 menses post nuptias celebratas enumeranda. Feliciter hoc cessit negotium, quia in tempore plane solutionis M. D. Bistrzanowski censum retentum per aliquot annos et per decretum adjudicatum, solvendum ex Ciemientniki, solvit feliciter M. D. Bistrzanowski praevisis quietationibus in Castro Petricoviensi a° 1670.

V. D. Lubietowski annorum circiter 20 Prior Gidlis, translatus est ex ordinatione R.d P. Generalis et visitatorum Bergam; reliquit post se Rectorem D. Joannem Busch germanum hominem minus activum, utumquetamen sollicitum circa oeconomiam. Sed non diu sub hujus Rectoratu post coronationem Serenissimi Regis Michaelis Cracoviae factam, suo consilio plures R.mi Episcopi cum Archiepiscopo Nicolao Prazmowski, homine

severo, et contra electionem Regis Michaelis reclamante, sanxerunt: ut etiam religiosi et religiosae quamvis sint fundati in bonis Nobilium hereditariis cum onere terrestri, privilegiati et exempti publicis constitutionibus (ut expresse constitutio lata ut in favorem Cartusianorum Gidlensium in a° 1667 p. 4) (eadem constitutio A° 1710 confirmata est) solverant tamen taxam pro pane hyberali militibus.

Primo tamen quisque Episcopus ad suam Metropolim rediens, per processum consorium jussit convocare Praesidentes monasteriorum. Petrus noster neglexerunt Lovicium adire, suffulta, quasi inviolabili jure constitutionis. Itaque inscius ille, imposuit Archiepiscopus Razmowski taxam solvendam militibus hyeme fl. 1596. Cum assignatione Archiepiscopali venientes milites institerunt omnino solutionem usque ad ultimum obulum. Successit supplicatio Cartusianorum jam ad Regem Michaelem, jam Celsissimum Ducem Sobieski, jam ad Archiepiscopum, sed sero nimis, ubique sero nimis rebus infectis recesserunt. Annas ad Caipham, Caiphas ad Pilatum et Herodem remiserunt, donec redderent in integro summam flor. 1566, quasi tantum pro illa vice sola hac subsidium charitativum pro militibus esset institutum. Haec taxa minium quam dici potest, aggravavit pauperem domum, debuit miser Rector contrahere debita, et forte molestia impatiens, aut ferre impotens, incidit in morbum aliquem malignum, et post dies aliquot in praedio Lustawice mortuus est. (en ch. 1671) (A.)

Ineunte vero 1669 D. Lubiatowski Prior Berezanus jussus est venire ad Capitulum gen. unde reversus plena potestate sibi data a R. P. et Capitulo gen. fecit aliam ordinationem Gidlis: Rectorem quem debuit deponere, sepultum invenit, Procuratorem instituit V. P. Joannem, V. vero P. Stanislaum cum V. P. Godefrido remisit D. antiscum, V. P. Josephum Bogdanowicz professum Cartusiae majoris, per novennium Berezae procuratorem et Rectorem ibidem duennalem, Gidlas in Rectorem misit; qui anno 1669, julii 11, veniens Gidlas miratus paupertatem, ruinas aedificiorum, ubique debita contracta et ferme in Ecclesia nullam devotionem religiosam, denuntiavit R.do P. Generali statum domus miserabilem, non crescentem sed deficientem. Interim alia venit confusio non absque scandalo adversariorum. D.D. Visitatores sive per ignorantiam, sive per favorem, sive aliquo alio modo, non bene instructi, D. Antonium Zigler ex Priorate D. antiscano motum, Gidlas miserunt pro Rectore in Autonomo. (B.)

(A.) 1668 – Littera Rectoris Joan. von d Busch ad Priorem Dantisci ..... V. P. Prior Beregannus (antea Gidensis, D. Joan. Lubiatowski) in fine sept. hinc in Lithuaniam discessit, et circa finem oct. denuo ad nos rediit, ut actum cum PP. Dominicanis complanaret: sed irrito prorsus eventu, cum praedicti PP. nihil minus quam de levatione hujus summae cogitent. Pecunia hoc 20000 fl. ipsis, ut levarent, in castro praesentata fuit et obtentum contra illos Decretum Castrense, manifestationes binae et ternae factae. Illis renuentibus praedictae pecuniae, quia tutum in castro vel cancellaria non habebatur repositorium, in testudine Parochialis Ecclesiae Petricoviensis sunt repositae, ubi usque in praesens servantur. Circa festum S. Martini V. P. Beregannus in Lithuaniam, rebus plane infectis, rediit ..... Gidis 4 Dec. 1668 .. F. Joannes von d Busch Rector

(B.) Tout ce qui est dit dans ce paragraphe ne doit être passé qu'en 1670 et non en 1669 comme le dit la chronique: car le Prieur de Dantzig F. Antoine Ziegler n'a été absous de son Priorat qu'en 1670, et la mort du Recteur F. Joan. von d Busch ne se trouve mentionnée que dans la carte de 1671. voir le catal. des Prieurs...

Cessit loco et officio P. Josephus, conscius sui defectus in eloquio politico suavi et satis laborum Barez ignarus. Rem tamen totam R.mo P. Generali demonstravit quantocius, et P. Lubiestowski dispositorem domus Gidensis certum fecit. Ab utroque responsum secutum: ut P. Antonius vadat Beregam, P. vero Josephus maneat in officio Rectoris. Successit hyems minime suavis, quia circa novum annum nihil cogitantibus, supervenit cohors destinata peditum ad stationem per hyemem Gidas, cum taxa eidem Colonello exsolvenda 1000 flor. Novitas horrorem incussit, gestas et australium et subditorum exterruit. Multas excursiones fecit Rector pro remedio adhibendo, sed frustraneas. Ubique quia jam ante post actum, immitis et implacabilis Archiepiscopus, nullatenus sententiam et assignationem mutare voluit, flor. tantum 200 minuit, eosque PP. Dominicanis solvere jussit: quod risas excitavit novas, quasi Rector hujus ordinationis fabricator esset. Hic jam omni spe et auxilio destitutus, flor. 800 contractis debitis, exsolvit. In villis quoque alere gregarios cum summa injuria debuimus. Ut quia quotidie excurrebat pro auxilio P. Rector, ideo nequam homo Colonellus durior evadebat in exigenda pecunia et pauperibus agricolis aggravandis. Hunc casum et gravamen exposuit R.o P. Generali per litteras, et petiit consilium et auxilium, subsistentiam quasi impossibilem cum his oneribus procurandam. Habuerunt valorem, nam apud R. P. Generalem hominem probum et benignum. Dein fuit solicitus dejurando a domo pauperes a serenissimo abdicato Rege Casimiro tunc in Galliis commorante. Obtinuit intercessorias ad Archiepiscopum Gnesnensem, etiam apud Imperatoris Matrem ad Serenis. Regem Poloniae Michaelem, et ad ejus Reginam commendatitias litteras in negotiis Domus Gidensis. Ipse quoque scripsit satis submissam supplicationem ad Archiepiscopum, et V. P. Convisitatorem, Priorem Moguntiae Joannem Frey misit in Poloniam cum illis omnibus litteris oratorem, sed semper frustra ubique laboratum est: praeter verba, nihil amplius recepit. Archiepiscopum adhuc non potuit ob distantiam, qui versus Leopolim abierat in negotio sibi melius noto. V. P. Rector tunc cum litteris illis fuit circa autumnum Lovicii. Sed sicut litterae ita et lator vix admissae sunt, et stetit cum contumeliis ejectus, hac responsione adjecta: habetis divites intercessores, solvant illi vestram taxam, ego vos liberos absolutione non cogito, quia simili taxa opprimor et solvo pro meis subditis. His dictis, abire jussus est Rector, nisi voluisset deriora

audire. Mala causa et absque Patrono certo et bono. Supervenientè autumno post Comitia in campis prope Lublinum celebrata a tota cum Regenobilitate, quia idem Archiepiscopus cum rebellibus et seditiosis fuit reprobatus, et jam palam factus Regi infensus, hyberna eadem panem et stativa militibus in Archidiocesanis bonis permisit cum maximo nostro gravamine; quia injunxerat nobis Cartusianis ex paupertate Gidlensi taxam flor. 2680 praeter pulturakos a quolibet flor. Pol. Hac taxa fuit jam ad perniciem Cart.ae Gidlensis; quia nullatenus passus est sibi persuadere impossibilitatem, donec ipse Ill.mus Dux supremus exercituum cum aliquibus suis colonellis Lovicii effecisset Archiepisco, rogatus impossibilitatem, flor. 900 sunt remissi; nihilominus 1750 praeter pulturakos cum multis angariis sunt persoluti. Mox Archiepiscopus Varsaviae subsequenti vere decessit ex vita 15 Apr. 1673. Successit alter spem tenus probus Archiepiscopus Casimirus Gartorzyski, sed in exigenda taxa non longe mitior. Minus tamen respective jussi sunt solvere videlicet 950 fl. his exortatis. Ubi idem Archiepiscopus promiserat Commissarios ad inspiciendam nostram fundationem et verificandam, subditorumque divitias, semper per ora invidorum magnificatas, Prius.tis mors hunc actum interemit eodem vere 1674 Varsaviae priusquam suam perfecisset erga Cartusiam benevolentiam. Quod succedentibus novis Rege et Archiepiscopo factum sit in nostro gravamine, tempus docebit.

Sic oppressa nova plantatione Gidlensi ex rebus quasi desperatis, undique Patronis et Benefactoribus destitutè, unicum modum adinvenit V.P.D. Prior jam creatus. Supplicavit R.P. Generali et Ven.li Capitulo, ut de loco et personis aliter provideatur, cum nullum Patronum, Protectorem aut Benefactorem hoc Cartusia haberet, nec habere possit, imo contrarios sibi et suae fundationi semper infensos. Movit paternum affectum R.P. Generalis Pegon erga suam clientem Cartusiae majoris, a se susceptum et indutum atque in suis manibus professum, quanto eius proximo Capitulo recommendavit PP. Prioum charitati et liberalitati. Ipse rem exemplo praecedens, aureas seu pistoletas 15 largitus est; cujus sicuti exemplum pavit quisque a visitatore 1.o fuit instinctus, bursae injecerunt et fuerunt collectae ad 620 imperiales. Et tm primo R.P. Generalis cepit quaerere Patronos pro loco, quos bona Fundatrix nullos penitus reliquit, imo nec recommendavit moriens. D. Deus tamen qui est Pater orphanorum et viduarum sequentes provisit Benefactos

Benefactores Cartusiae Gidlensis praecipui. —

A° 1673. — R^du P. Generalis ad subsidium charitativum primus dedit aureos 15, postea recommendavit VV. PP. Prioribus egestatem Gidlensem, et contribuerunt ibidem in Capitulo gen. aureos 310 et eandem summam per manus V.P. Joannis Frey visitatoris Prov^ae Rheni, Prioris Moguntiae, qui etiam praeter suam curam et semper bonum studium adjecit notabilem numerum imperialium et fidelitor per cambium Gedanensem reddidit Priori Gidlensi.

A° Eodem. — VV. PP. Priores superiores Alem^ae contulerunt per eundem visitatorem imperiales 200 et supra.

A° 1670. — V.P. Joannes Lubietowski factus Prior Beregannus, qm primum venit Beregan, acceptis flor. 1000 pro debitis exsolvendis Gidlensibus, obiit Prior per annos 21, casulas 3 et apparamenta Altarium, redeuns Gidlas donavit loco eum morem Beregannum PP. consensu.

Eodem A° V.P. Antonius ex Prior Dantiscanus missus Gidlas ad Rectoratum, attulit secum missalia, cursus 2 cum equis.

Eodem A°. V.P. Josephus Joan. Bogdanowicz factus Rector, brevi post Prior Gidlensis, attulit calicem deauratum, lampadem argenteam et aliquot libros.

A° 1671. V.P. Joannes Frey Prior Moguntiae visit^or Prov^ae Rheni, contulit aliquot libros pro usu Ecclesiae, et omne suum studium semper juvandi impendit.

A° 1672. V.P. Alexius Miksitz Prior Waldicensis audiens nostam Gidlensem miseriam per Patres soc. Jesu Vratislavienses submisit 100 imperiales, et mortuus est.

A° 1673 sed et aliis anteactis annis ferme a prima apprehensione fundationis Gidlensis frequentia donorum praestitit tanquam mater benigna suis filiis, Domus Paradisi B. V. M^ae Dantiscana commorantibus ex obedientiâ Gidlis. Ad annuam enim ferme pensionem liberalem aromata, pannus, imagines, libri, utensilia, necessaria effectim submisistabantur, sed et nunc V.P. Joannes Bilstein non contabit manum, quotiescumque Dantiscum aliquis Gidlensis venit in negotiis domus, nunquam non bene muneratum dimittit. Et Domui et Priori charitativo sit magna merces apud Deum.

Eodem A° V.P. Joannes Amphart Prior S. Crucis ad Beregan cum alia apparente benevolentia, duo plaustra lupuli, qui tunc erat rarus et charus gratis submisit. Valor fuit Domui 150 flor.

A: 1674. – Magnificus D. Paulus Gadonski Vexillifer terræ Vielunensis, tum quia cognatum suum Patruelem V.P. Petrum Gadonski Vicarium Cart.ae Gidlensis honoraverat apud se hospitam, concessit arbores pineas ex sylvis Ill.mi D. de Koniecpole Koniecpolski pro tunc Capitanei Dolinensis, itidem bene affecti Cartusiano Ordini, ad Ecclesiam ligneam extruendam, pertiles et necessarias. Simul addidit ex sua politate pro fabris lignariis conducendis 150 flor. Cui sit perennis merces apud Deum, tum quia avertit nostram miseriam, Cart.ae Gidlensis a nullo velle subleverari, ex aliquo odio, ut ipse postea retulit quorundam malevolentiam sibi notam, miseratus est ipse super conuenens Sacellum, tum quia aliquod votum olim fecerat huic loco benefaciendi.

Eodem A.o in Augusto, V.P. Visitator Prior Moguntinus submisit collectam eleemosynam a PP. Alem.ae superioris Prioribus, qui ex sua liberalitate contribuerunt 216 imperiales ad subveniendum pauperi huic domui Gidlensi, ex recommendatione R.P. Generalis in Capitulo gen. facta. In hac eleemosyna monstrantia Dantisci ut elaborata imperial. 17 ex aloris. –

Eodem A.o V.P. Ioannes Brions procurator domus Gidlensis laboriosus in absentia Prioris, ex maligni febri tempore messis (confusis autem nullis relictis regestris non absque notabili damno) obiit in Domino, sepultus est ad alios Patres. Hic inepti tudinis aut incuria vitandum exemplum. Post aedificium ligneum templi perfectum, quod constitit plus quam 1300 flor. Magistro fabrico solvimus 880 flor. pro fenestris 100, murariis plus quam 150. Lorinator, adjutores, fabri lignarii et multa requisita ad pauperem domunculam constituerunt multas expensis. Incepimus primum sacrificium Dominica IV. Adventus, et alia nostri instituti officia. Quæ omnia cedant ad gloriam Omnipotentis Dei, Filiique Eius Iesu Xti D. N. Salvatoris et ejus sanctissimæ Matris V.is immaculatæ M.ae, sub cujus compassionis titulo eadem Ecclesia est erecta a pia Fundatrice cum ipso monasterio, quod dictum est juxta morem Ordinis: Cartusiæ Compassionis B.V.M.ae Gidlis.

A: 1675. – Die 24 jan. Ill.mus et magnificus D. Stanislaus de Warszyce Warszycki Castellanus Cracoviensis, B.V.M.ae cultor eximius ad simplicem renovationem M. D. Ioannis Cas. Jaroszewski nobilis Poloni, de Cartusiis Hungaricis in manibus secularium possessione inique haerentibus, nec ullum esse ex ordine nostro, qui curet loca sacrata, et olim bene a Regibus et Principibus fundata, vindicanda, zelo pietatis motus, Priorem Gidlensem Josephum Bogdanowicz

hominem sibi ignotum primo ad se invitavit Pilzam, ibique honorifice exceptum, de dictis Cartusiis Ungaricis admonuit reaperandis. Reprehendit Ordinis negligentiam. Eandem die festo Purificationis B.V.M.ae post s. synaxim sumptam, cum comite eodem m.s. Parozzewski sumptibus sufficientibus, misit in Ungariam ad Ill. DD commissarios S.C.M.tis Kassoviam. Dedit pro viatico 100 imperiale bonae monetae Caesarianae et litteras intercessorias ad varios magnates Ungaricos. Et profecto res optime cessisset ex consilio eorumdem DD. commissariorum, si secutissemus ad amussim informationem fidelem et amicam, sed quia propter reverentiam et propinquitatem V.D.P. Visitatori commissa fuerat causa, et efficacius egerat Viennae apud Caes. Maj.tem, sentae sunt res dissolutae, et factum est negotium difficilius: non absque dolore Ill.mi Castellani Cracoviensis et Prioris Gidlensis. In religione occultis divinis judiciis est committendum negotium. Una Cartusia Lapidis-refugii dicta, Patribus Soc. J. Kassoviensibus ad collegium data est cum privilegiis amplissimis. Altera S. Antonii Vallis dicta in Lechnic a Serenissimo Rakocio cum filia Rakociana cessit in dotem Ill.mo D. Ogidio Lubedi Comiti Arnato, qui restituere nec cedere locum vult, nisi numerentur Ungarici 35000, sic annuente Caesarea Majestate. –

A.o 1675. – V.P. Joannes Bilstein Prior D.i Antiscanae, vir probus et religiosus, vetus horologium, quod fuerat in usu PP. Paradisi B.V.M.ae per aliquot annos, dono contulit domui Gidlensi ad usum communem, ut tollatur confusio et ignorantia horarum. Deo gratias. –

A.o 1676. – Die 17 julii Tam. D. Joannes Dixia consul Klepariensis pro tunc, ex liberalitate donavit nostae Ecclesiae 2 portatilia consecrata Cracoviae. Cui Deus retribuat.

Eodem A.o R.P. Generalis Ordinis nostri D. Innocentius Lentbarson, recenter electus in Generalem, et quod maxime animadvertendum est, post conflagrationem Cartusiae majoris cum Ecclesia, ita ut cogeretur celebrare instans Capitulum in domo Cracoviae, tamen occurrens miseriis domus illius Gidlensis, ex propria liberalitate eleemosynam misit 50 pistolos aureos nempe Pol. flor. 550. Nota charitatem.

A.o 1677. – Ven. P. Joannes Bilstein Prior D.i Antiscanae aliquot pios libellos domui Gidlensi et equum donavit. Hic annus currens multa damna intulit per divinam permissionem. In camera Prioris ex vetustate bene clausa, intactis foribus et fenestris,

Denique cista perterebrata ablati sunt in bona moneta flor. 300 eleemosynae. 2° P. Procurator minus diligens clam disiparit ex pecoribus et frumentis, et variis debitis contractis prope ad mille flor. mala cogitando et faciendo deperditus, inventus, Dantiscum promotus ad agendam poenitentiam. 3° Horrea primo turbine eversa, reparata, mox fulmine succensa, sunt conflagrata nocte post festum Sanctissimae Trinitatis. 4° equus in itinere Dantiscano periit, et domai equi 5 morbo pereierunt. D. Deus sit propitius.

A° 1678. — V. P. Ludovicus a Gyrias Prior Gemnicensis, visitator Provc. Alamc. superioris Poloniae et Lithuaniae ex occasione accessus, V. P. Matthaei Karp Procuratoris Gidlensis, Gemnici existentis, missale, Graduale et alios 41 libros pios donavit Conventui Gidlens. et multa alia donaria contulit pro domus consolatione. — Huc usque Scriptor horum fuerat D. Josephus Bogdanowicz, natione Lithuanus, professus Cartusiae majoris, Prior Cartusiae Gidlensis quartus: qui miserabili modo inventus est mane mortuus ipso anno 1678. —

Ab A° 1678 usque ad annum 1687 de Cartusia Gidlensi tacent Scriptores.

1687. Littera Priori Gidlensis ad Priorem Dantiscii ... „Mortuum aedificium favorabiliter surgit, favorabilius crescere, si agrarii labores lapideos non divertent. Fundamentum solidissime positum cum arcuatibus et multitudine palorum, citra alia sufficiens pro fornicibus sustentandis ..... 24 Aug. 1687. —

1689 ..... Iacobus de aedificio nostro? quicumque videt, miratur per duas aestates tantam molem extructam cum paucis hominibus. Numero 12, 8 choristae, 1 conv. et 1 donatus atque duo devotissimi saeculares. Cantamus divinum officium. Habeo pro aedificio pecuniam, ex qua nec solidum tangam, nisi pro aedificio .... Gidlis 13 Jan.

1689. Fr. Bartholomaeus Kurtz Prior.

Ab a° etm 1687 inchoata est ex lapide aedificari, favente et manum auxiliatrice afferente R.P. Generali et aliis Benefactoribus. Crescebat autem aedificium sub D. Bartholomaeo Kurtz Priore paulatim usque ad D. Franciscum Gabriel inclusive ad annum 1700. Quo pariter inopinate (in secreto) expirante, aedificium crescere cessavit usque ad annum 1718. Quo anno D. Gregorius Bartoch et post eum D. Ferdinandus Billig Prior continuationem fecerunt usque ad septimam cellam inclusive. Tandem iterum silent aedificii structura usque ad annum 1732. Sub D.

Hieronimo Swoboda aliquae reparationes contigerunt. – Ab A° 1678 usque ad an. 1733 multi Benefactores Cartusiae Gidlensis non sunt conscripti. Quorum specialis Benefactor (plenostituto) Celsissimus Princeps et Primas Regni Poloniae Archiepiscopus Szembek pro cella una aedificanda, dedit 800 florenos, et hyberna, reparavit Cartusiae Gidlensi, et summam 5000 flor. qui erant perpetuo census, PP. Dominicanis exsolvi jussit, quibus census hac ex illis debebamus ad vitae tempora. Et gratia fuit facta respectu Olomucensis Prioris D. Adalberti Widman et conventus Olomucensis; ubi praedictus Archiepiscopus circa annum 1709 una cum coronâ Poloniae in monasterio mansit, habitationem habuit fere medio anno, obortâ turbine circa coronationem Regis. D. Ambrosius Strumb natione Silesius, rexit autem hanc domunculam per 3 annos set fructuose; nam oeconomia aucta, etiam aerarium adauxit. Qui anno 1731, die 29 nov, diem clausit extremum. Cui successit D. Hieronimus Swoboda, qui pluribus bellicis perturbationibus obnatus, senio confectus, oculis deficiens, obtinuit absolutionem a° 1737, et abiit ad domum suae professionis. Natus raiser et vix non caecus. –

1751. Indultum Loci Ordinarii pro templo novo extruendo. –

Adamus Ignatius de Lipkow et Oraxa Komorowski, Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Gnesnensis, Legatus natus Regni Poloniae et m. D. L. Primas, summusque Princeps. R.do ac religioso in X.to P. Francisco Pasiekka, Ordis cartusiensis monasterii Gidlensis Rectori, nobis in X.to dilecto, salutem in Domino. Expositum est nobis qualiter aliqui fideles, fervore devotionis accensi, pro majori cultus divini amplitudine novam Ecclesiam de lapide penes monasterium Gidlense, ubi nunc tantum Capella lignea extat, extruere intendant. Cum vero hujusmodi erectio seu extructio absque assensu et licentia nostra fieri non potest, nobis proinde supplicatum, ut consensum nostrum in praemissis praebere, facultatemque ponendi primum lapidem alicui personae in dignitate Ecclesiastica constitutae concedere dignaremur. Cui petitioni, quantum in nobis est, benigne annuentes dictum assensum authoritatis nostrae ordinariae praebuimus et praebemus, facultatemque ponendi primum lapidem, servatis servandis, Perillustri Domino R.do D. Francisco Dziurlewicz, Praeposito et officiali nostro Vilnensi concedendam esse duximus, ut quidem concedimus in Dei nomine per praesentes. In quorum fidem etc. —

23. gisle

Dat. Lowicii die 8 martii A° 1751. Michael Awedik canonicus Gnesnensis (L.S.) curiae S.C.P. Auditor Gen. et Judex. (A)

20 Junii 1751. — Actus positionis primi lapidis. —

Ego Franciscus Dziurkiewicz, Archidiaconus Livoniae, Praepositus Collegiatae Vielunensis et territorii ejusdem officialis, curatus in Paiczno, de speciali licentia et facultate Celsissimi, Illmi Inclytmi ac Rmi DD. Adami Ignatii de Lipkow et Brawa Komorowski, Dei et Apostolicae sedis gratia Archiepiscopi Gnesnensis, Regni Poloniae et M.D.L. Primatis, primi Principis, Domini clementissimi, de dato Lowicii die 8 martii 1751, in personam meam emanata, manus Perillustris Rmi D. Michaelis Awedick, Canon. Gnesnensis, curiae meae Celsitudinis Primatialis Auditoris Gen. et Judicis subscripta, sigillo Celsissimi Principis communita, die 20 junii A.D. 1751 lapidem primum pro Ecclesia muranda Ecclesiae Gidlensis Admodum RR. PP. Cartusianorum imposui, praesentibus: Illustri Admo Rdo D. Joanne Lubowski, canonico Livoniae, Decano Radomsensi, Praeposito Kuszniensi, — Andrea Kalinowski curato Gidlensi, — Joanne Miltwalt, curato in Plaxno, — Petro de Bilcestein Rogala, curato in Dobroszyce, tum Illmis, magnificis, generosis ac spectabilibus DD. Illmo DD. Stanislao Didaco Com. in Tarnow et Gabor Tarnowski, Capitaneo Reguminis militaris Regis sub tit. Serenissimae Reginae Polon. — Illmo DD. Constantino Karsnicki, Succamerario terae Vielunensis, — Perillustri D. Josepho Bystrzanowski, venatore Petricoviensi, — P. D. Stanislao Bystrzanowski, subdapifero, — D. D. Valentino Pongowski, Pincerna Petricoviensi, — P. D. Thoma Karsnicki, venatore Bialensi, — M. D. Casimiro Kuiowski, S.R.M. secretario, Protonotario Apostolico, — M. D. Stephano Augustinowicz, Consule Petricoviensi et aliis plurimis. In cujus rei fidem me subscribo A° et die quibus supra, et sigillo (L.S.) consueto communito. Idem qui supra

20 junii 1751. — Status Cartusiae Gidlensis. —

1. — D. Franciscus Pasieka Rector
2. — D. Joannes Hike vicarius.
3. — D. Hugo Egl procurator.
4. — D. Antonius Herbst, antiquior.
5. — D. Philippus Gilicius, sacrista
6. — D. Benedictus Lidzik prof. in D. Berezae
7. — D. Michael Padura
8. — Fr. Bernardus Selesiewicz conversus.
9. — Fr. Vincentius Manewicz conv.
10. — Fr. Franciscus Kralikowski donatus

Hi omnes praesentes fuerunt solemnitati impositionis lapidis fundamentalis

(A.)

In Epistola D. Rectoris Gidloe ad Fiorem D. Dantisci: „... Limitia a Celsissimo Principe obtenta Architectum Cracoviâ adducendum curavi et cum illo de fabricâ futura contractum feci; ut secundum Delineationem a R^mo D. Visitatore approbatam, inchoet: cui pro suo labore annuo extraviatum 200 flor. Polonicos approbavi. Ille vero post festum Pentecostes ad laborem inchoandum cum sociis murariis se obligavit. Illustri D. Officiali deputato proponendo primo lapide assignavi feriam 11^dam post festum SS. Trinitatis. –

Gidlis 17 Aprilis 1751. Fr. Franciscus Pasicka Rector

} Pro fabricâ hac dedit 1751 gratuito D. Dantisci 2000 florenorum. — (D. Schwengel)

pro Ecclesia Cartusia Gidlensis. Et horum numerum paulo post, nempe 24 julii anni ejusdem 1751, auxit, illuc missus D. Antonius Stösl, professus domus Dantisci, pro excercendo munere procuratoris, qui postmodum et eiusdem domus Gidlensis transiisset Priori Dantisci in hoc verba:

Die 24 Julii sanus iter perfeci. Quod fabricam novi templi concernit, ante 6 septimanas finimus lapis positus est, et jam utrumque perfectum, operaque Patres se commo presente ante hyemem fundamenta templi ejusdem usque ad superficiem terae perfecturos, quemvis murus sit 4 $\frac{3}{4}$ ulnarum crassus, 2 $\frac{1}{2}$ etiam 3 ulnarum profundus. Longitudo templi est 75, latitudo 45 ulnarum, nempe longitudo chori 30, inferioris vero partis Ecclesiae 45 ulnarum, in quarum una erit horologium. Die 29 julii VV.PP. Gidlenses primae vice officium diurnum cum notis cantare inceperunt, quod jam a 17 annis omissum fuit

Dat. Gidlis 30 Julii 1751. † Ant. Stösl Procurator –

A° 1752 Die 6 Februarii Cartusia Gedanensis (Dantiscana) secundo contribuit pro continuatione fabricae novi templi Gidlensis 2000 tlr. item ad victum et amictum PP. Gidlenses 200 flor. Prussiae, praeter multas alias res in natura. –

— D. Schwengel dit que ces documents lui ont été fournis en 1751 par le Recteur D. Franc. Pasieka – Les lettres adressées aux Prieurs de Dantzig sont tirées de cette dernière maison

In tomo I. D. Schwengel intitulato: Apparatus inventio ad h. 509, cap. 736:

1752.. Materialia aedificationis Ecclesiae Cartusiae Gidlensis A.D. 1752.

Calx

Calcis fornaces duas omni cum habere possumus in nostro fundo lapides pro calce ligna, et homines periti calcem faciendi inveniuntur: attamen tribus milliaribus a Cartusia in bonis Lusławice dictis et sequentibus expensis pro una fornace calcis debent esse: 6 cumuli lapidum; quilibet cumulus 8 ulnarum longus, 4 ulnis latus et duabus ulnis altus; a quolibet cumulo solvimus 8 flor. pro tota fornace fractio lapidis constat . . 48 flor. O. grossi. O. solidi

Pro vectura lapidum ad fornacem . . . . . 41 . — „ — „

Vectura lignorum ex nostris sylvis nostris subditis, pro qualibet fornace 700 currus non solvitur.

Magistro Calcis nostro subdito ab excustione 30 — „ — „

Adjutoribus 4 horis septimanas die noctique . . . . . 84 — „ — „

Tota fornax libere cauratur dat 200 currus calcis.

	Floreni	grossi	solidi
Pro vectura calcis de Carthusia, 200 tymphones quæ faciunt	258	10	—
Facit summa unius fornacis	456	10	—
Summa alterius fornacis	456	10	—
Summa utriusque fornacis	912	20	

Lateres.

Lateres possumus in Sidensi Cartusia omni anno procurare 3 fornaces quælibet fornax continet 2300 lateres sequentibus expensis:

Argillam in nostro fundo fodimus pro quolibet cumulo: ubi prius de lapide calcis: damus	4	—	—
Pro 3 fornacibus debent esse cumuli 30 ms quibus solvitur	120	—	—
Magister laterum pro mille exustorum laterum præter ordinarium accipit 9 flor. tota	207	—	—

Avenam vehunt subditi ad lateres.

Ligna hastina ex nostris sylvis partim empta pro quolibet fornace 100 carros pro vectura solvitur	40	—	—
ordinarium Magistri laterum pro una fornace	27	—	—
Summa facit unius fornacis laterum	314	—	— (total fama)
Summa alterius fornacis	314	—	—
Summa tertiæ fornacis	314	—	—
Summa pro 3 fornacibus	912 fl.	21 gr.	

Lapis albus.

Lapidem album in medium monasterium ponendum in nostro fundo frangimus expensa sequenti pro quolibet cumulo: ut prius calcis: solvimus 4 fl., tantum advehitur quantum opus præter propter 6 muratis pro uno anno non excedet sumptus

	400 fl.	—	—
Famuli fabricæ cum 8 bobus et carribus omni anno	74	—	—
Faber et ferrum	100	—	—
Lapis albi summa	574 fl.		
Expensa calcis	912	—	20
Lateres	912	—	21
Materialium summa summarum	2429 fl.	11 gr.	

Magister Monetarum accipit omni anno 200 fl.
Vice-Magister omni septimana . . . . 14 fl.
Coloni mensatim omni septimana . . . 10 fl.
Adjutores juxta contractum laboris.

Status cartusiae Gidlensis A° Dni 1752 . . officium — cella vel titulus

1. — D. Franciscus Pasicka, hosp. prof.us Cart.e Berezensis — Rector —
2. — D. Joan. Hike p. D . . . . . Vic. H.
3. — D. Anton. Herbst . . . . . Antiquior B.
4. — D. Anton. Hösl, hosp. prof.us Cart.e Dantisci — Procurator et Confessarius
5. — D. Philip. Gilbicius p. D . . . . . Sacrista et Succentor C.
6. — D. Benedictus Cizik, hosp. prof.us Cart.e Berg... ——— D.
7. — D. Bruno Schindler, p. D. . . . . Cantor G.
8. — D. Hugo Fügl p. D. . . . . Cantor . . . E.
9. — D. Michael Padura p. D. . . . . ——— Succentor . . F.
10. — Fr. Bernardus Scleniewicz conv. p. D oeconomus in bonis Lustavice, Fabianice et Babie,
11. — Fr. Vinc. Manewicz, conv. p. D . . . . . Cellarius.
12. — Fr. Franc. Kulikowski, Don. D . . . . . Culinarius,

(ita Schwengel loco superius citato.)

Catalogus Priorum Cartusiae Gidlensis. —

1us Rector 1641 à 1647. — D. Casparus Cochelius

D. Casparus Cochelius professus et coadjutor domus Dantisci, primus Rector et Promotor novellae fundationis Gidlensis, perseveravit in hac functione usque ad annum 1647, quo a Capitulo gen. mitam consecutus est, teste charta quae ita habet: Rectori novae plantationis in Polonia ad suam instantiam fit mita; et committimus curam domus illius D. Priori Dantisci.

2us Rector et 1us Prior. — 1647 à 1668. — D. Joannes Lubietowski. —

D. Joannes Lubietowski nobilis Polonus professus domus Dantisci (et coadjutor) Rector Dni Gidlensis a Priore Dantisci institutus. Deque charta Capituli 1648 sic ait: « D. Joannem Lubietowski in Rectorem novae plantationis in Polonia super annum institutum confirmamus ». In 1650 fit Prior teste charta: « Rectorem novae plantationis Gidlensis in Polonia praeficimus in Priorem ». Nn autem 1668 ascendit ad Priratum Boreg annum, teste charta: « Priori Dni Gidlae alibi necessario fit mita et instituimus in Rectorem dictae Dni D. Joannem Busch Sidum Procuratorem. Item Rectori Dni Boregae in Lithuania ad suam magnam instantiam fit mita, et instituimus in Priorem dictae Dni D. Joannem Lubietowski postea a Priorato Dni Gidlensis absolutum.

3us 1668 à 1670. — D. Joannes von Busch. 2us Rector

D. Joannes von Busch professus Dni Dantisci a Capitulo gen. (ut jam dictum est) institutus et post biennium a Rno Patre destitutus. Deque ea charta 1670 sic ait: Dispositionem Dni Gidlensis remittimus Rno Patri. Et hat mortuus antequam Joannes Lubietowski habens a Rno P. potestatem eum deponendi, advenisset Gidlas. Ideo in ch. 1671 dicitur: obiit Joannes Busch prof. Dni Dantisci Rector Dni Gidlensis - vide chronicon.

4us 1670 à 1678. — D. Josephus Bogdanowicz (Bogdanowick) 2us Prior. —

D. Josephus Bogdanowicz nobilis Lithuanus prof. ms ejusdem Cartusiae, Rector Gidlensis a R. P. institutus, teste charta 1671. Dno Jos. Bogdanowicz prof. Cart. a R. P. super annum in Rectorem D. Gidlae instituto non fit mia. At A. 1672 D. Josephum Bogdanowicz Rectorem D. Gidlae professimus in Priorem dictae D. Obiit 1678, ut dictum est in chronico ch. 1679 ob. D. Josephus Bogdanowicz prof. Cart. Prior D. Gidlae, alias Rector D. Berezae habens mis. de B. p. tot. ord. — (fuit Rector Berezae ab a. 1666 post mensem sept. usque ad capitulum 1668. — De eo sic cait Catalogus professorum Cartusiae: « Joseph Joannes Bogdanovick Polonus fecit professionem 24 j unii 1658, obiit nov. 1678 Prior Gidlae, alias Prior (Rector tantum) Berezae. h. m. de B. h. t. ord. »

5us 1678 à 1695. — D. Anthelmus Kurti — 3us Prior.

D. Anthelmus Kurti prof. D. Freidniensis, Prior D. Gidlensis institutus, teste charta 1679. D. Anthelmus Kurti prof. D. in Freidnitz in Priorem D. Gidlae a R. P. super annum instituto, non fit mia. Mansit in hoc officio usque ad annum 1695, quo mian consecutus est, sed ex malo post mortuus est, teste charta 1696. ob. D. Anthelmus Kurti prof. D. in Freidnitz, hospes in D. Maurbacensi, alias Prior D. Gidlae, hab. mis. de B. p. t. ord.

6us 1695 à 1700. — D. Franciscus Gabrieli — 4us Prior.

1695 D. Franciscus Gabrieli Prior a R. P. institutus, teste ch. anni ejusdem: D. Francisco Gabrieli prof. D. Waldiensis in Priorem D. Gidlae a R. P. super annum instituto, non fit mia. Obiit 1700 ex ch. dicento: ob. D. Franciscus Gabrieli prof. D. Waldiensis, Prior D. Gidlensis.

7us 1700 à 1702. — D. Adalbertus German — 5us Prior. —

ch. 1700. Dispositionem D. Gidlensis Pastore orbatae relinquimus R. do Patri.

ch. 1701. D. Adalberto German, prof. D. Waldiensis super annum a R. P. in Priorem D. Gidlensis instituto, non fit mia. Qui vero uno anno in hac dignitate exploto, pie obdormivit in Dno, teste ch. 1702. ob. D. Adalbertus German prof. D. Waldiensis, Prior D. Gidlae

8us 1702 à 1708. — D. Nicolaus Kerpinski. — 6us Prior.

ch. 1702. D. Nicolao Kerpinski prof. de Olomucensis in Priorem de Gidloe a R.o P. super annum instituto non fit mia. Decedens ch. 1709: Mandamus Patribus visitatoribus ut quantocius poterant, pergant ad domum Gidloe, vel commissarios deputent, ibique faciant juridicam informationem de vita et moribus D. Nicolai Kerpinski Superioris profatae de Gidloe, mittantque processum cum plena instructione negotii R.o P.ri, ut super allegata et probata debitam justitiam faciat. Et ch. 1610. ob. D. Nicolaus Kerpinski prof.us de Olomucensis alias Prior de Gidloe. —

9us 1708 à 1723. — D. Gregorius Bartoch. — 7us Prior. —

ch. 1709. Dno Gregorio Bartoch, prof. et vicario de Brunca super annum ingentibus ex causis a R.do P. in Priorem de Gidloe instituto, non fit mia; Absolutus 1723. ch. 1732. ob. D. Gregorius Bartoch prof. et antiquior de Brunca, alias Prior de Gidloe qui 50 ann. laud. vixit in ordine.

10us 1723 à 1728. — D. Ferdinandus Billig. — 8us Prior. —

ch. 1723. D. Ferdinando Billig prof. et vicario de Berezoe a R.o P. super annum in Priorem de Gidloe instituto non fit mia. Hic anno 1728 mense Julio in Priorem de Berezoe a conventualibus electus et a Capitulo gen. 1729 confirmatus est, teste charta: D. Ferdinando Billig, prof. de Berezoe et Prior de Gidloe super annum a conventualibus dictae de Berezoe in Priorem electo et a R.do P. confirmato non fit mia. Fuit hic vir Coloniensis patria, bonus oeconomus. — obiit 15 oct. 1736 Prior Berezoe. —

11us 1728 à 1731. — D. Ambrosius Sturmb. — 9us Prior. —

D. Ambrosius Sturmb, prof. de Gemnicensis (electo in Priorem Berezoensem D. Ferdinando) illico a PP. Visitatoribus Rector et anno sequenti 1729 a Capitulo gen. Prior institutus est, teste ch. 1729: D. Ambrosius Sturmb prof. de Gemnicensis a PP. Visitatoribus super annum in Rectorem de Gidloe institutum, proficimus in Priorem. obiit 29 nov. 1731, — ch. 1732 ob. D. Ambrosius Sturmb prof. de Gemnicensis Prior de Gidlensis. — Dispositionem de Gidloe Pastoraeorbatae relinquimus R.do Patri. —

12us 1732 à 1737. — D. Hieronimus Swoboda. — 10us Prior.

ch. 1733. D. Hieronymum Swoboda prof. d. Olomucensis et vicarium d. Gidensis a PP. Visitatoribus super omnem in Rectorem d. Gidensis institutum, praefiximus in Priorem. Absolutus 1737, reditt ad domum professionis suae, testa charta 1737: Priori d. Gidensis fit mia. .... et Prior absolutus revertatur ad domum professionis suae Olomucium.

13us 1737 à 1738. — D. Josephus Sianiawa. — 3us Rector. —

ch. 1737 .... et instituimus in Rectorem dictae d. (Gidla) D. Josephum Sianiawa prof. et antiquiorem ejusdem d.; cui injungimus ut statum d. in scriptis redigat et R.o P. atque Visitatoribus transmittat, nullique in eadem d.o recipiantur novitii juxta ordinationem Capituli gen. anni 1725. — Hic praefuit uno anno dumtaxat et mitam ad suam instantiam obtinuit. ch. 1738. Rectori d. Gidla fit mia. In dicta d.o per 30 et amplius annos Procuratorem antehac egit, de eadem optime meritus. Paupertatis studiosus erat, sibi ipsemet vestes et calceos consuebat. Obiit in senectute bona 1740 teste ch. D. Josephus Sianiawa prof. antiquior et alias Rector d. Gidensis. — Silesius patria.

14us 1738 à 1749. — D. Sixtus Rajus. — 11us Prior. —

ch. 1738 .... — et praefiximus in Priorem dictae d. (Gidla) D. Sixtum Rajus prof. d. in Seitz. Absolutus ab hoc officio ad suam instantiam a R.o P. 8 nov. 1749: sed diploma absolutionis nomisi 27 jan. 1750 Gidlas pervenit, et inde ultimo januarii Zetgium regressus est. —

15us 1750 à D. Franciscus Pasicka. —

1750. D. Franciscus Pasicka ex professo et Vicario d. Berezae a R.P. sub die 6 nov. 1749 Rector Gidensis institutus; sed Gidlas nomisi 27 jan. pervenit et munus sibi injunctum auspicatus est. In quo munere muncusque (1751) perseverat. (Hactenus D. Schwengel)

Ce qui suit est tiré du ms. 7. Gen. 29 de D. Palémon Bastin et reproduit un ms. ancien côté autrefois NN. 122.

pg. 57

Gidloe..

1. D. Ambrosio Sturmb Rectori a R.P. Vis. 1728. ob. 1731
2. D. Guillelmo Swoboda profº dº Olomucensis instituto in Rectorem 2ª aug. 1732.
3. D. Josepho Sanniawa profº et antiquiori dº Rectori in capitulo 1737.
4. D. Sixto Ragg professo dº in Seitz " 1738.
5. D. Francisco Pasieka professo et vicario dº Berezae, instituto Rectori 8ª nov. 1749.
6. D. Dominico Budlewski profº dº Dantisci instituto Rectori in cap. 1763, priori in cap. 1772.
7. D. Joachim Bäyer Rectori per mutationem in capitulo 1779. v. Dantzic.
8. D. Paulo Zimmer profº et procuratori dº instituto Rectori 5ª oct. 1782, priori 1784.

Per Viennam, Cracoviam, Tarnowicz, Constachariam, Gidlam. Pologne.

Necrologium ex Chartis Capituli generalis.

Ch. 1650 obiit D. Joannes Valser [Wausermand, m.v.; Wasserman, J.C. et ch. Trisulti] prof.s d.s Dantisci, hospes in domo Gildae in Polonia.

" 1656 " D. Georgius Melchior, prof.s d.s Dantisci, hospes in d.o Gidlae.

" " " Ill.ma D.D. Susanna Prziemska (et J.C; ch. Tris.; Prietka, m.v.) Succamerarica regni Poloniae, vidua Ill.mi D.D. Joannis Olioski (Olieski, m.v.; J.C; ch. Tris.) archicamerarii regni; fundatrix d.s Gildensis in Polonia, habens plen. cum psalt. monach. et missam de B.ta M.a per tot. ord. et anniv. perpet. scribendum in cal. dd sub die obitus sui qui fuit...

" 1662 " Ill.ma Dna Dna Susanna Prziemska (et J.C.; ch. Tris.; Prizienska, m.v.) succamerarica regni Poloniae, vidua ill.mi D. Joannis Olioski (Olieski, ch. Tris.) archicamerarii regni, fundatrix amplissima novae d.s Gidlensis in Polonia, habens plen. cum psalt. monach., (et missam de B.ta M.a, m.v.s.; J.C) per tot. ord. cujus anniv. perpet. scribatur in cal. dd. sub die obitus sui qui fuit 2.a Martii.

" 1671 " D. Joannes Busch prof.s d.s Dantisci Rector d.s Gidlensis.

" 1675 " D. Joannes Brioux (Briont, J.C; Brions, m.v.; ch. Tris.) prof.s d.s Dantici, proc.r d.s Gildensis.

" 1679 " D. Joseph Bogdannovit (Bogdannowitz, m.v.; ch. Tris.; Bogdannovitee, J.C.) prof.s Cartusiae, Prior d.s Gildae, alias Rector d.s Berezae, habens mis. de B.ta M.a per tot. ord.

" " " D. Joannes Lubietowski, prof.s d.s Dantisci, alias Prior domorum Gildae et Berezae, habens missam de B.ta M.a per tot. ord.

" 1685 " D. Petrus Sadoniska (Gasdoniski, m.v.; Gadoniski, ch. Tris.) prof.s d.s Dantisci, hospes et vicarius d.s Gildensis qui in ordine 52 et in cella 43 annis laudabiliter vixit, habens missam de B.ta M.a per tot. ord.

" 1697 " D. Hugo Creisler, prof.s d.s Brunae, hospes in d.o Gidlensi.

" 1700 " D. Franciscus Gabrieli, prof.s d.s Valdicensis (Prior d.s Gidlensis, ch. Tris.).

" 1702 " D. Adalbertus German, prof.s d.s Waldicensis, Prior d.s Gidlae.

" 1710 " D. Nicolaus Kaiginschi (Karpinski, ch. Tris.) prof.s d.s Olomucensis, alias Prior d.s Gidlae.

" 1715 " D. Bruno prof.s d.s Gidlae.

" 1718 " D. Christophorus Haezianckí (ch. Tris.; Haezianecki, c. Minofl.) prof.s d.s Gidlae, hospes in d.o Berezae.

" 1724 " D. Paulus Dolassek (Dolasseck, c. Minofl.) prof.s et antiq.r d.s Gildae, hospes in d.o Berezae.

1724 obit Fr. Bernardus Zullian, conv. profs. ds. Gidlae.

" 1728 " D. Dionysius Rogosewitz (Rogozwirch, c.f.; Rovosonviens, c. Mirefl.) profs. et antiquior ds. Gidlae.

" 1732 " D. Ambrosius Sturmb, profs. ds. Gemnicensis, Prior ds. Gidlensis.

" " " D. Gregorius Bartoch, profs. et antiquior ds. Brunae, alias Prior ds. Gidlae, qui 50 annis laudabiliter vixit in ordine.

" 1737 " D. Ferdinandus Billig, profs. et Prior ds. Berezae, alias Prior ds. Gidlae.

" 1738 " D. Carolus Pohl (Phol, c.f.) profs. ds. Gidlae, hospes in ds. Berezae.

" 1740 " D. Joseph Stanicarra (Staniarrga, c. Mirefl.) profs., antiqr. et alias Rector ds. Gildensis.

" 1742 " D. Benedictus Anserowski (Sansewoski, c.f.; Luserowski, c. Mirefl.; Luserugchi, ch. Tris.) profs. et vicarius ds. Gidlensis.

" 1743 " D. Hieronimus Sevoboda (Sebovoda, c. Mirefl.; Shvoboda, c.f.) profs. et antiqr. ds. Olomuncensis, alias Prior ds. Gidlensis.

" 1746 " Generosus D. Stephanus Pall insignis benefactor ds. Gidlensis habens missam de Bta. Ma. in provinciis Alemaniae superioris et Inferioris, Rheni et Teutoniae et anniv. perpet. scribendum in cal. dd. sub die obitus sui qui fuit 4a. Decembris.

" 1750 " Fr. Paulus Sangrocki (ch. Tris.; Sagrochokh, c.f.; Angrogui, c. Mirefl.) conv. profs. ds. Gidlae.

" 1754 " D. Benedictus Cidzik (ch. Tris.; Cidzk, c.f.) profs. ds. Berezae, hospes in ds. Gidlae.

" 1755 " D. Philippus Gilicius, profs. et sacrista ds. Gidlae.

" 1756 " Fr. Vincentius Manevitz, conv. profs. ds. Gidlae.

" 1757 " D. Sixtus Ragg, profs. et procurator ds. in Seitz, alias Prior ds. Gidlae.

" 1769 " D. Joannes Hike, profs. et vicarius ds. Gidlae.

" 1772 " D. Franciscus Pasieka (Pafieza, c.f.; ch. Tris.) profs. et antiqr. ds. Berezae, alias Rector (et procurator, c.f. – ch. Tris. n'a pas) ds. Gidlae.

" " " D. Antonius Herbst (ch. Tris.; Herbest, c.f.) profs. et antiquior ds. Gidlae, qui 56 annis laudabiliter vixit in ordine.

" 1773 " D. Michael Padura, profs. ds. Gidlae.

" 1776 " D. Jacobus Mauter, profs. ds. Gidlae.

" 1777 " D. Petrus Orchowski, profs. ds. Gidlae, hospes in ds. Berezae.

" 1778 " D. Hugo Tegel, profs. et antiquior ds. Gidlae.

1782 obiit D. Anthelmus Lagowski, profs et sacrista ds Gidlae.

1785 " Fr. Andreas Krolikowski, conv. profs ds Gidlae.

1786 " D. Bruno Schindler, profs ds Gidlae.

1788 " Fr. Bernardus Jateniewicz (Jelievez, e. flor.; Jolenieuicz, ch. Tris.; Jelienierriz, flores) conv. profs ds Gidlae, qui ultra 58 annos laudabiliter vixit in ordine.

1789 " D. Dominicus Budlewski, profs et coadjr ds Dantisci, alias Prior ejusdem ds et ds Gidlae.

1807 " D. Dominicus Sosniki, profs ds Gidlensis.

" " Fr. Matthias Galganowski, conv, profs ds Gidlensis.

1809 " D. Paulus Zimmer, profs et prior ds Gidlae.

" " D. Joannes Nepomucenus Chudi profs et vicarius ds Gidlae.

1823 " D. Xaverius Lademann, profs ds Gildensis.

" " Fr. Andreas Kiedezyok, conv. profs ds Gildensis.

16 Janvier 1975.

fr. Leo Eanchon